ADDITAMENTA
AD TRACTATVM DE
SVBHASTATIONE
LVDOVICI POSTII
I. V. C. PERVSINI.

Iam Prouinciæ Marchiæ Locumtenentis, & deinde illius Rotæ, ac Rotæ Bononienſis Auditoris, & modo Eminentiſs. D. D. Ioannis Baptiſtæ SPADÆ *Card. S. Suſannæ Ferrariæ Legati ad Ciuilia Locumtenentis ab eodem edita.*

VNA' CVM ALIIS NOVIS SACRÆ

ROTÆ ROMANÆ
DECISIONIBVS

Amplius non impreſſis, quæ cum primis aſcendunt ad num. CCXLVIII.



GENEVÆ,

umptibus Ioannis Antonii & Samuëlis De Tournes.

M. DC. LXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ATQVE
Excellentiſſimo Vtriuſque Iuris

COLLEGIO PERVSINO

IOAN. FRAN. POSTIVS

Obſeruantiſsimus Seruus

FELICITATEM.

QVAM olim Sapientiæ Lauream , Doctiſſimi Patres, immeritum licet caput ab humaniſſimis dexteris accepit, quoties intueor , non tam mihi ſpecioſiſſimum gratulor decus, quam memorem tanti muneris frontem ſummus pudor obducit , quod nullum adhuc Ingenij ſpecimen Sapientiſſimæ dederim Matri , cuius puriſſimæ alimoniæ ; Si quid vnquam roboris infirmiſſima mens habuerit , referendum, vt & tenuis riuus ſuo fonti reddatur, & nitidiſſimum lucis Patrem , qualiſcunque radius adoret. Itaque, cum Ludouicus Poſtius , quem natura auunculum , arrogationis iure dilectiſſimum Patrem ſortitus auſpicatam non ſemel in lucem prodij , de Subhaſtatione Volumini, prope enim præcipiti curſu grauiſſimis alioqui rebus feſtinauerat manus , elaborata Additamenta congeſſerit , quorum maximam in partem veni , non minima in præſens opus collata opera, libentiſſimis eiuſdem votis eruditiſſimo ferenda Senatui operæ pretium duxi, vt addictiſſimus vtriuſque animus non immemorem tantæ Curiæ ſe proderet, & debitæ tandem Patriæ, exiguum licet, obſeruantiæ vectigal accederet. Quapropter certiſſimam in ſpem ducor, breuiſſimum licet opus humaniſſimis oculis perluſtrandum ; quid enim detrahitur peritæ Opificis arti, ſi arctiſſimis in limitibus admirandam prodat induſtriam, quæ olim Apellem, vel tenuiſſimæ lineæ ductu Protogeniæque, ac Poſteris omnibus commendauit? Paruitatem Operis veſtra Magnitudo rependet,

det. Quaſcunque non admittit anguſtias , quid quid maximum amoris ingenium ſatis nouerit explicare ; ampliſſimum ſibi apud omnes ſpopondit pretium , ſi Sapientiſſimis Dexteris vtriuſque Iuris iamdudum Arbitris pertractetur. Hæ tandem lucubrationes compoſito in humillimas preces vultu eruditiſsimi Cœtus Patrocinium expoſcunt, nulla enim verentur fulmina , ſi tanta meruerint Lauro coronari. Non ignorant quantum apicem ſupplicibus votis petant, qui floruerit præclariſsimis per omne æuum Ingenijs , tergeminum ſcilicet vltram ſæculum , faſtiſsimum eius ortum antiquiſsima celebrant monumenta , doctiſsima ſæpius Principi omnium Romanæ Rotæ miſerit mentes , quas inde Vaticana Purpura coruſcantes totus plenè Orbis ſuſpexit, qui denique Bartolo , & Baldo (ne quam plurimos loquar) fulgentiſsimo Iuris lumine Terras donauerit, concepta tamen iucundiſsimæ Tutelæ fiducia non langueſcit, cui maximum additur incrementum , vbi ampliſsimum ſubit tanti Areopagi nomen, quod nouam ſubinde induet dignitatem , ſi olim ſuſceptum vtriuſque Iuris tutamen feliciſsimo omine proſequatur. Ferrariæ IX. Calend. Aprilis M, DC, L V.

ADDITA

ADDITAMENTA
AD TRACTATVM
DE SVBHASTATIONE
LVDOVICI POSTII
I. V. C. PERVSINI
PARS SECVNDA.

ADDITIO AD INSP. I.

SVMMARIA.

1 *Antonius Niger reprobatur,*
2 *Subbaſtatio ad effectum ſoluendi creditoribus quando fieri dicatur.*
3 *Executorum munus eſt, mandata, & Iudicum ſententias exequi.*
4 *Executores qui dicantur de iure Ciuili, & de Iure Canonico, & n. 5.*
6 *Executores alij ſunt iuris, alij facti, & iuris, vel ſunt mixti, vel meri, & num. 7.*
8 *Executor merus facti qui ſit.*

1 NVMERO 3. *poſt. verb.* 1. *numer.* 18. Quæ † in contrarium ſenſum, & male, vt arbitror, percepit, & ſequutus fuit *Ant. Nig. de ſubbaſtat. lib.* 1. *in proœm. num:* 9.

2 *Num.* 36 *poſt. verb. q.* 1. *num.* 3. Quod † fieri dicitur, quando diſtrahit Apparitor Iudicis nomine debitoris, impetrante Iudice, & creditore, requirente, *Anton. Fab. de error. pragmat. to.* 1. *decad.* 1. *error.* 6. *n.* 5.

3 *Num.* 52. *in fin.* Quorum † munus eſt mandata, & Iudicum ſententias exequi, & ad finem perducere, *Ant. Nig. de except. cap.* 12. §. 7. *num.* 1. & 2. †
4 Dicunturque de Iure Ciuili Executores negotiorum Viatores, & Apparitores, qui iuſſu Magiſtratus reos in ius vocant, & reliqua peragunt, quæ ad iudicium conſtituendum, exercendum, & perficiendum ſunt neceſſaria, vel opportuna, *Ant. Nig. loco cit: num.* 3. † Sed de Iure Canonico ſub Exe-
5 cutoris nomine continetur etiam Iudex, qui ſuis Apparitoribus, ſeu armata familia Superiorum ſuorum mandata, vel partium, & etiam Inferiorum ſententias requiſitus executioni mandat, *Ant. Nig. ibid.*
6 *num.* 4. Vnde † Executores alij ſunt iuris, alij facti
7 ſecundum *Ant. Nig. loc. cit. nu.* 5. Et * qui ſunt iuris, vel ſunt mixti vel meri, vt per eumd. *Nig. ibid.*
8 *num.* 6. *& ſeqq.* † Merus etiam eſt Executor facti, cui poſt latam ſententiam, & poſt integram cauſæ cognitionem ſuper omnibus exceptionibus, & illis diſcuſſis, committit Iudex nudam executionem rei, vt in commiſſione, quæ fit Nuncio, ſeu Aguzerio, & ſeruienti Curiæ, *Thom. Carlenal. de Iudic. tom.* 2. *tit:* 2. *diſp.* 17. *ſub n.* 9.

Num. 68. *in fin.* & idem tradit *Fontan. deciſio.* 437. *n.* 19. *tom.* 2.

ADDITIO AD INSP. II.

SVMMARIVM.

1 *Subbaſtatio regulariter non probat vtilitatem.*

NVm. 1. *in fin. poſt verb. n.* 1. *& ſeqq. Thom. de tut. & curat. tit.* 19. *c.* 7. *n.* 225. *verſ.* 1. *ſub ampl. Merl. de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 106. *n.* 3. *Thom. Carlenal. de Iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 1. *ſub n.* 9.

Num. 3. *in fin. loc: cit:* & fuit aliquando in practica ſeruatum, vt refert *Rot. recent: par:* 7: *deciſio:* 22: *num* 10.

N: 6. *in fin: Thom: de tut: & curat: d. tit:* 19. *cap.* 7. *n.* 225. *verſ.* 1. *ſub ampl.*

Num. 14. *in fin. Vincent: Grilenzon: conſ:* 158. *n.* 33. *Io: Bapt: de Thor: in comp. deciſ. Neap: par:* 2. *in verb: ſubhaſtatio:* vbi, quod ita ſeruatur in Regno.

1 *N.* 27. *in fin.* Quamuis † regulariter ſubhaſtatio non probet vtilitatem, *l. ſi quos, & de reſcind. vend: Vincent: Grilenzon: conſ:* 158. *n.* 34. & 36.

Digitized by Google

ADDITIO AD INSP. III.

SVMMARIVM.

1 Subhaſtatione quando ſit opus in locatione bonorum priuatorum, vel feudorum, & quid in alienatione bonorum Maioratus.

NVm.5.in fin.poſt verb.cap.4.num.76. *Merlin.de pign.lib 4.quaſt.106.num.3.Thom. Carleual. de Iud.tom.2.tit. 3. diſput. 1.ſub nu.9. Molin. de primog. lib. 4.c.3.n. 45.*

Num.11.in fin.poſt verb.& num.8.in fin.Sanſalic.poſt addit.ad dec.170.num. 15. verſ. ſecundo deficit, tom. 2. fol.13.

Num 17. in fin. Et in Regijs gabellis *Anton. de Amat.reſol.38 num.14.* vbi, quod ita ſeruatur in Regno. Et, quod venditio Officiorum Regiorum fiat in ſubhaſtatione, & foro publico, *Larr. allegat. 82. num.6.par.2.*

N.27.poſt verb fiſci. Et in *verb.venditio alicuius Officij.* vbi vide.

N.30.in fin.poſt verb.tit.4.num.9. Prout nec venditio Officij in prima illius creatione, *Larr. allegat. 82.num.3.*

N.35.in fin.poſt verb.dec.81.n.2.Boſſ.in pract.tit.de fiſc.& priuil.eius,n.28.& 38.

N.38.*in fin. Merlin.de pign.lib.4.q.106 n:3.*

*N. 41.in fin. poſt verb.*vbi vide *Thom. de tut. & curat.tit.19.c.7.n.225.ampl.11.Paul: Staiban: iun: reſol: for:20.num.47.& ſeqq.*Merlin.*de pign.lib.4.q.106. n.3. Thom.Carleual.de iud:tom:2.tit:3.diſput:1.ſub n.9.Io: Bapt:de Thor:in compend.deciſ.Neapol.in verb.Venditio rei fiſcalis*: vbi, conſtito tamen prius de cauſa neceſſitatis venditionis, M*olin.de primog.lib:4. cap. 3. num. 45.*

N*um.42.in fin:poſt verb:gl.1.n.32.Paul.Staiban: iun: d.reſol:for:20. n. 48. & ſeqq.* vbi etiam de locatione perpetua, & emphyteuſi, *Anton:de Amat: reſol:38.n.* 14. vbi, quod ſic ſeruatur in Regno.

*N.45 in fin.Anton:de Amat:reſol:38.n.14.*vbi de introitibus, & vſu Regni.

N.47. *in fin*: Et opiniones hinc inde refert *Fontanell: deciſ:519.n.5.& 6. tom.2.*

1 N.55.*in fi.* In locationibus * etiam priuatorum bonorum, aut feudorum, ſi ſub verbo Principis, vel gis illæ fiant per Tribunale deputatum, vt in Regno ad effectum ingabellandi feuda ære alieno grauata, vt de gabella creditoribus gradatim ſecundum ſufficientiam, potioritatem ſatisfiat, Baronibus id petentibus, ſubhaſtatione opus eſt, *Anton. de Amato reſolut. 38. num. 14. in fin. Maſtrill. deciſio. 81. in princ.* & quod in omnibus caſibus, quibus ex Regia facultate bona Maioratus alienari poſſunt, eorum alienatio in publica ſubhaſtatione facienda ſit, M*olin: de primogen. lib.4. cap. 3. n.44.& ſeqq.* vbi quod tamen venditio facta bona fide, & iuſto pretio forſan, etiam ſine ſubhaſtatione ſuſtineretur.

Num.56.in fin.poſt verb.q.156.num.1. Boſſ. in pract. tit:de fiſc: & priuileg: eius n. 36. vendere enim debet Exactor publicus ſub haſta, M*enoch: de arbitr: caſ: 129. num.1.*

ADDITIO AD INSP. IV.

SVMMARIVM.

1 Subhaſtationem in rebus minoris adhibere non eſt opus cæteris ſolemnitatibus interuenientibus.

NVm.1.in fin. *Fontanell.dec.519.n.5.to. 2. Thomaſ. de tut. & curat.tit.19.cap.7. num. 222.* quamuis ibidem alleget *Balb. & Alba. controu. tenentes: Paul: Staiban. reſol: forenſ: 20. num.53. & 54. reſol. 30. num. 5.& reſol.52.n.36.& 37.Thom.Carleual.de Iud.tom. 2. titul:3.diſputat. 1.ſub 9.*Molin:*de primogen:lib:4. cap.3: num 45.*

N.2.*poſt verb.par:2. num. 25.* Molin.*de primogen. d. lib.4.c.3.n.45.* vbi de communi, & vera.

N.9. *poſt verb:q.89 n 2.Thom.de tut.& curat.titul:19. cap.7.n.225.verſ.1.ſub ampl.*

Nu.13.in fin.Thomaſ. de tut.& curat:d:tit. 19 c.7.n. 231.in fin: vbi, quod tunc requiritur ſubhaſtatio, etiamſi alias de iure communi non requireretur, & de magis communi.

N.14.in fin:Thomaſ.de tut:& curat.d:tit: 19 c.7.n. 225.ſub 8.ampl:& ampl:9

N.15.in fin.poſt verb:Greg:485.n. 13. Thomaſ. de tut. & curat.d.tit:19.cap.7.n.226.& 233.

N.17.poſt verb.neceſſaria fuiſſet.Ciarlin.controu:for: par:2.cap:217 n.49

N:22.poſt verb:cum libera:Thomaſ:de tut:& curat: d:tit.19.cap:7.n.235.verſ. 9. limit:

N:29. in fin: poſt verb: pretio Thom: de tut:& curat. d: tit. 119. cap.7.n.229. vbi, & ex cauſa miſta.

N.33.poſt verb. ipſius titul: Thomaſ. vbi ſup. num. 235. verſ.10.limit.

N. 35. in poſt verb. ſeruata opinione.Intrigl. deciſ.5 num.20

N.36.in fin.& Thomaſ.de tut.& curat.d.tit.19. cap. 7.n.231.Ciarlin.contr.for.par.2.c.217.n.48.

N.38.poſt verb. 479.n.10.Ciarlin. d.cap. 217. num. 48.

N. 46. poſt verb. 134 & ſeqq. Ita vt requiratur ad bene eſſe, vt conſtet, an minor in pretio læſus ſit, *Thom.de tut. & curat.d.tit.19.cap.7.num.222.verſ.contrarium tenet.*

Nu. 55.in fin.Thomaſ. de tut.& curat.d.tit.19.c.7.n: 225.in 11.ampl.

*N.64.in fin.poſt verb.n.24.& ſeqq. Thom.de tut. & curat d tit.19.cap.7.num.225.verſ.11.limitat.*vbi quod decretum, ita & ſubhaſtatio fraudis ſuſpicionem excludit, *Ciarlin. controu. for. par. 2. cap. 217. num:* 47.

N.72. in fin.poſt verb. de reſcind.vend:Thom:de tut: & curat.d.tit.19.cap.7.n. 227.

N.74.in fin. Thomaſ. vbi ſup:n.218.

N. 77.in fin.Thomaſ.predict.tit.19.cap 7. num. 230, vbi, ſi iuſta cauſa ſubſit, & Iudicis decretum interueniat.

1 *Poſt N.79.Decl.14.* † vt, ſi cæteræ ſolemnitates interuenerint, ſubhaſtationem adhibere non ſit opus, *Thomaſ. de tutel. & curat. dict. titul. 19. capit. 7: num. 252.*

ADDITIO AD INSP. V.

N*Vm.1.in fin.Thomaſ.de executor,vlt. volunt. tit. 12.cap.17.num.224.*vbi *n.225.*quod non procedit

in

in mixto executore. & *cap.* 18.*n.*251. vbi tamen *n.*252. quod contraria opinio eſt communis.

*Num.*5.*in fin.Thomaſ.de tut.& curat.tit.* 19.*cap.* 7. *n.*225.*verſ.*4 *ampl.* vbi de tutore, vel tutore, *Paul.Staiban.iun.reſol.for.*52.*n.*34 *& ſeqq.*

*N.*9.*in fin.Thomaſ.d.tract.de execut.vlt.volunt. tit.* 12.*cap.*17.*n* 126 *& cap.*18.*n.* 253. *& de tut. & curat. d. tit.*19.*cap.*7.*n.*225.*verſ.*4.*ampl.*

ADDITIO AD INSP. VI.

NVm.1.*in fin.Merlin.de pignor.lib.*4.*q.*106.*num.*3. vbi de bonis debitoris, *Molin.de primogen. lib.* 4.*cap.*3.*n.* 45.

*Num.*16 *poſt verb.in fin.Gait.de cred.cap.*4 *quaſit.*8. *num.* 966.

ADDITIO AD INSP. VII.

SVMMARIA.

1 *Pignora conuentionalia ſi ſubhaſtentur, proceditur vrbanius, & iuſtificatur.*
2 *Et eſt eorum venditionis publica maior vis, & quare.*
3 *Bona debitoris pro credito capta ad effectum ſibi ſatisfaciendi in pretio ſunt ſubhaſtanda.*

NVm.1.*in fin poſt verb.ſub num.*3.*Thomaſ.de tut.& curat.tit.*19.*cap.*7.*num.* 225.*ampl.*8. *Menoch.de arbitr.caſ.*129.*n.* 1.

*Nu.*3.*in fin.* Et quod Iudex, & executor non poſſit vendere ſine ſubhaſtationibus, *Thom. Carleual. de indic.tom.*1.*diſp.vlt.ſub n.*8.

*Num.*5.*in fin.poſt verb.deciſ.*515.*par.* 3. *Merlin. de pign.lib.*4.*q.*106.*num.*1.*in fin.Thom Carleual.de indic. tom.*2.*tit.*3.*diſp.*1.*ſub n.*9.*Molin.de primogen.lib.*4.*cap.* 3.*num.* 45.

*Num.*16.*poſt verb actum ſit. & de err.pragmat.tom.* 1.*decad.*1.*err.*8 *n.*3.vbi, quod ſolemnitas alia non eſt, quam vt pignoris venditio publicè proſcribatur, ipſique debitori denuncietur.

*Eodem n.*16.*in fin.poſt verb.num.*8 *in fin. Ferdinand. Arias var.reſol.lib.*1.*cap.*48.*n.* 19. vbi, quod venditio, neglectis haſtarum ſolemnibus, dominium in emptorem transferre non poteſt.

*Num.*21.*poſt verb.malam abeſſe. Bald. in l. ordo. C. de execut. rei iudic.Merlin.de pign.lib* 4.*q.*106. *nu.*1. *&* 4.

*Num.*24.*in fin. Ant.Fab.de err.pragmat.tom.* 1. *de-*
1 *cad.*1.*err.*6.*num.*3. Et * proceditur ſic vrbanius, & iuſtificatur, *Fontan:deciſ:*437.*num.*9.*&* 10.*tom.*2. *vbi nu.* 7. *&* 8. quod ex opinione plurium poſſunt ſimilia pignora vendi propria authoritate etiam ceſſante pa-
2 cto, & ſine difficultate, quando adeſt pactum. * Solet enim publicarum venditionum maior eſſe ius, tam propter interuenientem Iudicis auctoritatem, quam quia cæteri creditores, cum ſcire poſſint id, quod publicè fit, intercedere poſſunt pro ſuo iure, & ſibi proſpicere, *Anton: Fab. de err:pragmat.tom.*
3 1. *decad.* 1. *err:*6. *num.* 5. Siue * agatur de bonis, quorum poſſeſſionem quis adeptus fuerit pro credito; & velit ex eorum pretio ſatisfieri, *Fontan: deciſ:*435. *nu.*2.*tom.*2.

*Num:*28.*in fin:Thom:Carleual:de indic:tom:*2. *tit.*3. *diſp* 1.*ſub num.*9.

ADDITIO AD INSP. VIII.

Et Burſati. dec. 350.*num.*1.*& ſeqq.*

ADDITIO AD INSP. IX.

SVMMARIA.

1 *Æs alienum non probatur ex aſſertione hæredis; & alienantium ſeu contrahentium.*
2 *Bona etiam fideicommiſſaria ſubhaſtari poſſunt pro ære alieno fideicommittentis, creditoribus vrgentibus.*
3 *Hæres beneficiatus, & ſimul creditor an pro ſatisfactione teneatur Iudicem adire, & n.*4.*&* 5.

NVm: 7.*poſt verb:ad hæredem pertinent.Vrſell.in verb:alienatio facta in genere: concl:*87.*n.*88.

Num. 10. *in fin: & Rota in Lauretana Domus* 14. *Iunij* 1643. *coram R:P:D: Bichio, poſt tract.deciſ.* 185.
1 *num.*7.*&* 9. *vbi num.*8. quod tamen * æs alienum non probatur ex aſſertione hæredis, & alienantium; ſed contrahentium.

*Num:*13.*poſt verb: Mangil: ibid. n.* 11. Nec eſt dubium, quod * bona, quantumuis fideicommiſſo ſuppoſita, poſſunt pro ære alieno fideicommittentis, vrgentibus creditoribus ſubhaſtari, *Rot: in Florentina Horti* 4.*Iulij* 1642. *coram R:P:D: Bichio, poſt tract: dec.*114.*n.*17.

3 Sed, * ipſe hæres cum beneficio legis, & inuentarij eſſet etiam hæreditatis creditor, & vellet pro credito ſibi appropriare, vel adiudicare, vel alias vti beneficio ſeparationis bonorum requireretur factum Iudicis, ſeruata forma *l. à Diuo Pio.* §. *ſi ſuper rebus. ff.de re iudic. Bald. in l. debitori, num.*4.*C. de*
4 *pact. Anton: Amat: reſol:* 56.*num.*21.*& ſeqq.* * ſeu Iudicem adire eſſet tutius, *Rot. in Iuuanacen. ſeu Melphiten. Bonorum* 15. *Ianuarij* 1646. *coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado, poſt tract. dec.*196. *num.* 11. *&*
5 12. vel * immo etiam neceſſarium, ſi etiam alij creditores concurrerent, *d. dec.*196.*n.*13.

ADDITIO AD INSP. X.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor de non offendendo, quomodo ſit conueniendus.*
2 *Collectorum, & Datiorum exactio incipit ab executione abſque citatione.*
3 *Creditori in diem, vel ſub conditione, quomodo ſuccurratur in concurſu poſterioris puri, vel decoctionis debitoris.*

NVm.2. *in fin.* Et in pignoribus conuentionalibus *Gaii de cred c.*4. *quaſit.*8.*n.*977.*&* 978.

1 *Numero* 4. *in fin.* Vnde * fideiuſſor de non offendendo eſt prius citandus, & condemnandus ad ſoluendum, & eo ſoluere recuſante, procedendum eſt pro executione contra eius bona, etiam ſi ſit obligatus in forma Cameræ, aliàs, ſi ad executionem, & ſubhaſtationem ex abrupto procedatur abſque citatione, nulliter agitur, *Rot. penes Zacch. de obligat. camer. deciſio.* 154. *num.* 5. *& ſeqq.*

2 In * collectis tamen, datijs, vectigalibus, & tributis exigendis fiunt executiones, abſque moni-

tione, ſeu citatione, vel præceptis, & ſine aliquo iuris ordine, *Guidobon. aduocat. 92. numer. 5. 9. & 10.* ſtante ceſſatione ſolutionis per tempus, de quo per *Menoch. de arbitr. caſ. 55.*

Num. 6. in fin. Et videas *Rot. poſt Merlin. de pign.*
3 *dec. 40.* ſed, * ſi periculum imminere:, eo quod de-
bitor ſuſpectus eſſet de fuga, vel quia illius patri-
monium conſumeretur in debito poſteriori, ſeu a-
geretur de concurſu creditorum, poſſet tunc cre-
ditor etiam ante diem, & conditionis aduentum
agere, & poſterioribus præferri debebit, *l. quæſitum ff. de pignor. l. omne æs, ff. pro ſoc. l. in omnibus. ff. de iud. Licent. Amat. de concurſ. & priuileg. cred. par. 2. art. 1. num. 8. & 9. & Franciſc. Salgad: in Labyrint credit. concurrent. tom. 1. par. 1. cap. 8. num. 29. Rot. in Romana Reſidui Dotis 15. Iunij 1648. coram R: P: D. Cerro, poſt tract. deciſ. 233. nu. 11. & ſeqq.* talem ad effectum conſequendi aſſecurationem, & vt ſolutio in manibus poſterioris liberè fieri non poſſit, *d. dec. 233. num. 14.*

ADDITIO AD INSP. XI.

SVMMARIA.

1 *Pignorum tria genera in iure reperiuntur.*

2 *Pignus conuentionale nec conſtituitur, nec capitur de neceſſitate Iudicis auctoritate.*

3 *Pignus iudiciale eſt, quod capitur in vim iudicati pro crediti ſatisfactione, vel ob non paritionem ſententiæ, vel quando ob difficultatem exequendi in re petita, fit in alia re executio pro rei debita æſtimatione, & n. 4.*

5 *Exequi contra debitorem non poteſt, niſi ad vnguem ſeruatis de iure ſeruandis.*

6 *Pignus iudiciale intelligitur, quod capitur in vim confeſſionis iudicialis, vel inſtrumenti guarantigiati.*

7 *Pignus captus in vim guarantigiæ diſtrahi debet Iudicis auctoritate. Lim. vt ibid.*

8 *Executio inſtrumentorum virtute, quo modo, & ordine fiat.*

9 *Executio in collectis, & datijs incipit à præceptis executiuis. & n. 10.*

11 *Pignoris captura citatio dicitur realis.*

12 *Subhaſtatio non poteſt fieri in vim ſententiæ non ſubſcriptæ.*

13 *Executori, & Nuncio creditur referenti, ſe de licentia, vel mandato Iudicis ſic pignoraſſe.*

14 *Iudex executionem approbat, dum deinde ad ſubhaſtationem, & deliberationem procedit.*

15 *Executiones in collectis, & datijs fiunt propria etiam auctoritate, & abſque Iudicis mandato.*

16 *Iudex in actione etiam reali ſe abſtinere debet, ne immiſſionem parti committat, & quare.*

1 NVm. 1. *in fin.* Cum * hæc tria pignorum genera in iure dentur, *Ant. Fab. de err. pragmat. tom. 1. decad. 10. err. 10. n. 1.*

Num. 2. poſt verb. dec. 937. n. 3. Tom. Carleual de
2 *indic. tom. 2. tit. 3. diſput. 1. num. 7.* * nec eſt neceſſe vt
conſtituatur, & capiatur à Iudice, ſeu Iudicis auctoritate, *Ant. Gab. de err. pragmat. tom. 1. decad. 1. err. 6. n. 10. in fi. & n. 12. etiam in fi.*

Num. 8. in fin. poſt verb. Peruſ. 2. num. 1. Merlin. de pign. lib. 1. q. 11. num. 43. & 44.

Num. 9. in fin. Merlin. de pignor. lib. 1. q. 17. num. 1. & ſeqq.

Num. 11. prope fi. poſt verb. dec. 937. num. 2. & ſeq. Merlin. de pign. lib. 4. q. 95. n. 51.

3 *Eod. n. 11. in fi.* Et * quanpo in executionem iudica-
ti capiuntur debitori pignora pro crediti ſatisfactione, *Merlin. de pignor. lib 1. q. 11. num. 1. & 45.*

Num. 12. in fin. Ant. Fab. de err. pragmat. tom. 1. decad. 1. err. 6. num. 12. in fin. vbi; quod ſi pignus iam conſtitutum eſt per conuentionem, non conſtituitur per captionem, vt iam conſtitutum, ſed, ſi non ſubeſt conuentio, per captionem ipſam conſtituitur.

4 *Num. 13. in fin.* Vel etiam † quando capiuntur pi-
gnora contra non parentem ſententiæ Iudicis aliquid fieri præcipienti, vel fit in vim rei iudicatæ executio in alia re, quam petita, & pro illius æſtimatione ob difficultatem exequendi in re petita, & contumaciam debitoris in illam reſtituendo, *Rot. in Florentia Horti prima Iulij 1643. coram R. P. D. Bichio, poſt tract. dec. 164. n. 5. & ſeqq.*

Num. 16. poſt verb. dec. 364. n. 35. Merlin. de pign. lib. 1. q. 17. num. 3.

Nu. 17. in fin. poſt verb. num. 36. & 37. Merlin. d. q. 17. num. 4.

Num. 19. poſt verb. lib. 1. cap. 41. Gaualer. dec. 290. n. 6. Thom. Carleual de iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 1. ſub num. 7. vbi, quod iudicialia conſtitui dicuntur, quæ ſpecialiter, iubente Magiſtratu vt pignora capiuntur pro executione ſententiæ.

Eod. num. 19. in fin. Merlin. de pignor. lib. 1. quæſt. 17. num. 5.

Num. 20. poſt verb. pignus rei iudicatæ in fin. Quod vt male factum damnat *Anton. Fab. de err. pragmat. tom. 1. decad. 10. num. 2. & ſeqq.* vbi ponit differentias.

Num. 22. poſt verb. 1281. num. 2. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 95. Fontanell. dec. 477. num. 10. tom. 2. Rota in Anconitana Dotis 7. February 1642. coram R: P: D: Cerro, poſt tract. dec. 222. n. 2. & 3. vbi, quod deficiente pacto vendendi, debet totum debitori notificari, alias ſecus.

Num. 23. poſt verb. d. cap. 11. Gait. de cred. c. 4. quæſt. 7. num. 97. Ferdinand. Arias var. reſol. lib. 1. cap. 25. num. 9. & ſeqq.

Num: 24 poſt verb. dec. 5. n. 385. Fontanell. dec. 437. num. 5. tom. 2.

Num. 28 in fin. poſt verb. deciſ. 34. num. 9. Rot. apud Merlin, de pignor. deciſ. 142. nu. 15. Guidob. aduocat. 92. num. 8.

Nu. 37. poſt verb. num. 10. & 11. & in recent. par. 4 tom. 2. dec. 363. num. 1.

Num. 39. in fin. Rot. poſt Zacch. de oblig. camer. deciſ. 154. num. 5. & 7. vbi de fideiuſſore de non offendendo.

Num. 41. in fin. Et ſeruari debent ad vnguem de iure ſeruanda, *Rot. penes Zacch. de oblig. camer. d. deciſ. 154. num. 5.*

Nu. 44. poſt verb. Lanfranc. dec. 130 & Rot. rec. p. 5. tom. 1. deciſ. 36. num. 49. vbi, quod Iudex poteſt iubere rem capi, & diſtrahi.

Nu. 47: in fin. Anton. Fab. de err. pragmat. tom. 1. decad. 1. err. 6. num. 11. & ſeqq. vbi de inſtrumento
guarantigiato, & de confeſſione debiti facta in iu-
6 dicio, & quod * in cauſa iudicati pignus capi in-
telligitur, quod capitur in executionem inſtru-
menti guarantigiati conuentionem pignorum con-
7 tinentis, & quod * & hoc caſu neceſſaria eſt Iudi-
cis auctoritas ad permittendam pignoris diſtractionem, niſi executio fiat ex diplomate Principale, quod de debitis appellant.

Num. 48.

Digitized by Google

N.48 *in fin. Thom. Carleual. de indic. tom. 2. tit. 3. diſp.*
8 *num. 22. in fin.* vbi, quod * executio virtute inſtrumentorum in caſibus in quibus illi locus ſit, facienda eſt eodem ordine, & modo, quo fit executio virtute ſententię tranſactæ in iudicatum, expeditio ſcilicet illorum virtute mandato de exequendo, ſeu litteris executorialibus, captiſque pignoribus, & venditis.

Numer. 53. in fin. Guidob. aduocat. 92. numer. 9. & 10.
9 * incipiturque à præceptis executiuis, *Lancell. de at-*
10 *tent. lit. pend. cap. 4. limit. 25. nu. 2.* * Idemque ſerua-
11 tur in datis, *Guidob. loc. cit. vbi num. 6.* quod ipſa captura pignoris dicitur citatio realis, & in alimentis, ad quæ compellitur debitor per pignorum capturam, & diſtractionem, *Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. n. 71.*

Num. 59. in fin. Cum ſine eo ad ſubhaſtationem deueniri non poſſit, *Rot. in Romana ſubhaſtationis de Alexijs 12. Decembris 1644. coram R.P.D. Cerro, poſt tr. dec. 171. nu. 12. & 16.*

12 *Numer. 60. in fin.* Quemadmodum † nullo modo fieri poteſt ſubhaſtatio in vim ſententiæ à Iudice non ſubſcriptæ, *Rot. diuerſ. deciſ. 458. ſub numer. 2. p. 1.*

13 Vbi * tamen Nuncius, ſeu Executor apud acta retuliſſet, ſe de licentia, vel de mandato Iudicis ſic pignoraſſe, illi crederetur, & mandatum præſumeretur, *Guidobon. aduocat. 91. nu. 1. & ſeqq. & aduocat.*
14 *92. n. 1. & ſeqq.* & * diceretur Iudex executionem vti factam legitimè, & de eius ordine, & iuſſu approbare ad ſubhaſtationem, & deliberationem deinde procedendo, *Guidob. d. aduocat. 91. num. 61. & aduo-*
15 *cat. 92. numer. 7. & 8.* & † non eſſet quærendum de mandato in materia collectarum, & datiorum, quia in illis nullus iuris ordo ſeruatur, ſeu deſideratur, ſed fiunt executiones, non petitæ aliqua Iudicis licentia, & propria auctoritate abſque eo, quod commiſſiones in actis regiſtrentur, vel ex, ſeu licentiæ in ſcriptis redigantur, aut debitoribus dimittatur, *Guidobon. d. aduocat. 91. num. 5. & aduocat. 92. nu. 9. & 10.*

Numer. 62. in fin. Gargear. conſ. 94. in fin. lib. 2. Thom. Carleual. de iudic. tom. 2. titul. 3. diſput. 3. num. 40. & ſeq. vbi dat modum practicandi liquidationem, vbi inſtrumenta illam non contineant. *Pen. dec. 149. nu. 4.*

Num. 63. poſt verb. cap. 318. num. 7. Rot. poſt Nig. de ſubhaſt. dec. 8. num. 7.

16 *Num. 77. poſt verb. dec. 255. nu. 5.* Licet etiam † in hoc ſe Iudex abſtinere debeat, vt obuiet ſcandalis, quia non eſt ſingulis concedendum, quod per Magiſtratum poteſt publicè fieri, *Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 2. gl. 12. num. 36. decl. 7.*

ADDITIO AD INSP. XII.

SVMMARIA.

1 *Condemnatus ante executionem olim habebat bimeſtre, & antiquitus per leges 12. tabularum triginta dies.*
2 *Rei iudicatæ natura eſt, quod quanto citius executioni demandetur.*
3 *Executio nulla eſt facta in die citationis, & mandati relaxati.*

NVm. 2. *in fin. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 95. num. 52. Thom. de Carleual. de Iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 1.*
1 *n. 5. & 6.* vbi, quod * iſtud tempus olim erat bimeſtre & antiquitus per leges 12. tabularum triginta dierum.

Num. 13. poſt verb. res iudicata. Cuius natura eſt,
2 quod † executioni quanto citius demandetur, *Rot. recent. dec. 168. n. 9. p. 7.*

Num. 15. in fin. In quo eſt etiam animaduerten-
3 dum, quod * nulla eſſet executio facta eadem die, pro qua ceciderit citatio, & relaxatum fuerit mandatum, *Rot. in Romana Spolij prima Decembris 1642. coram R.P.D. Ghiſilerio, poſt tract. dec. 183. nu. 2. & 6. in fin.*

ADDITIO AD INSP. XIII.

SVMMARIA.

1 *Res iudicata executioni demandari debet.*
2 *Executio in bonis debitoris dicitur prima miſſio.*
3 *Immiſſio in vim mandati executiui non parit effectum adiudicationis, ſed intruſionis, & numero 4.*
5 *Immiſſio in vim mandati executiui creditori vtilior eſt ad ſubhaſtationis effectum.*
6 *Forma mandati executiui nec reſtringi, nec ampliari poteſt.*
7 *Immiſſus ex primo decreto non dicitur poſſidere, niſi probetur etiam fructuum perceptio.*
8 *Debitor non præſumitur ſtatim poſt executionem poſſidere deſiiſſe.*
9 *Fructus fuiſſe à creditore poſt executionem perceptos, vel ipſum impedimentum præſtitiſſe, ne perceperit debitor, idem debitor probare tenetur.*
10 *Fructus pignoris in ſortem computat heres vxoris vel viri, & n. 11.*
12 *Pignora ante ſecundi decreti interpoſitionem debent banniri venalia.*
13 *Executione facta procedendum eſt ad pignorum ſubhaſtationem, & adiudicationem.*
14 *Executio vt præcedat, requiritur etiam ad effectum adiudicationis.*
15 *Index pro extinctione æris alieni poteſt rem debitoris & ſubhaſtare, & inſolutum dare, & alia facere vſque ad finalem ſatisfactionem, & numero 16.*
17 *Secundum decretum ſine primo, vel eius effectu nullum eſt, & num. 18.*
19 *Executio quando incohata, & perfecta dicatur, & num. 20.*
21 *Secundum decretum interponitur etiam ad inſtantiam creditoris poſſidentis ad poſſeſſionem firmandam, & alios excludendos.*

1 NVm. 1. *poſt verb. poſt tract. dec. 72. num. 1.* Et * res iudicata hoc ſolum expectat, vt executioni demandetur, *Rot. recent. dec. 69. num. 3. par. 6.* vel, quatenus per ipſam mandati relaxationem executio cœpta dicatur, etiamſi ad actualem pignorum captionem deuentum non fuerit *Rot. in Anconitana Dotis 24. Aprilis 1643. coram R. P. D. Cerro, & in eadem 30. Maij 1650. coram R.P.D. Veroſpio, & in Ariminen. Carcerationis 11. Martij 1647. coram R. P. D. Royas, de quibus poſt tract. dec. 224. num. 1. dec. 237. num. 2. & dec. 228. num. 5.* vt per proceſſum ad vlteriorem, & perfectam executionem finem litibus imponatur, *d. dec. 224. nu. 2. & d. dec. 237. n. 2. & 3.*

4 *Num. 5. in fin.* Vel * prima miſſio, *Intrigl. deciſ. 46. num. 7.*

Num. 6.

Digitized by Google

Num.6. in fin. poſt verb. n.25. lib.3. Merlin. de pign.
lib.1. q.17. nu.7. & videas Ant. Fab. de err. pragmat.
tom.1. decad. 10. err.6.

Num.7. poſt verb. obſeru: 12: nu. 170. Vrſell. in verb.
articuli, concluſ. 148. ſub numer. 254. Rot. recent: p. 4.
tom.2. deciſio. 188. ſub numero. 6. & tom. 3. deciſio. 606.
numer. 4.

3 Num.9. in fin. Tamquam * id ſit à iure reprobatum
4 Vrſell. d. concl. 148. ſub nu. 254. & † ipſe creditor ſic
dicatur intruſus, Vrſell. ibidem ſed illi vtilius ſit,
5 * vt immittatur ad effectum ad ſubhaſtationem de-
ueniendi, Rot: recent: d: par: 4. tom. 2. deciſ. 188.
num. 7.

Num. 10. in fin. poſt verb. num. 1. par: 6. Et in Bene-
uentana Domus 14. Decembris 1646. coram Eminen-
tiſſimo Domino Card. Otthobono, poſt tract. deciſi: 203.
in fin.

Num. 13. in fin. poſt. verb. dec. 73. n. 10. Et ad vnguem,
Rot: in d. Beneuentana Domus 14. Decembris 1646.
coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono, poſt tract.
dec. 203. in fin. ſub nullitatis pœna, Vrſell. d. concl. 148.
6 ſub d. num. 254. * nec poſſit ipſa forma reſtringi, nec
ampliari, d. dec. 203. in fin.

Num: 19. in fi. poſt verb. & in fine: & Merlin. de pign:
lib. 1. q. 17. n. 8. & 37. & ſeq.

Num. 25. in fin. Rota recent: par. 4. tom. 3. deciſ: 606.
num. 4.

Num: 26. in fin. Rot. recent: d. par. 4. tom. 3. deciſ. 606.
num. 4. & diuerſ. par. 4. dec: 773. in princ. quæ eſt Pen.:
7 dec. 410. num. 2. Gargear. patrocin. 64. num. 4. vbi * niſi
probetur etiam fructuum perceptio, Merlin. de pig:
lib. 1. q. 17. n. 6. & q. 23. n. 11. & ſeq.

8 Num. 27. poſt verb: ſub n. 8. 29. & 30. * Nec ſtatim poſt
executionem poſſidere deſiiſſe præſumitur, Pen. d:
dec. 410. num. 2.

Num: 29. in fi: Seraph: dec: 961. n. 1.

Num: 34. in fin: Merlin: de pignor. lib. 1. quæſt. 23. nu. 11.
& 12. qu.

Num: 37. in fin: poſt verb. dec. 72. num. 4. Perceptio-
9 nem * tamen ad d. effectum, ſeu ad effectum conſe-
quendi damna, & intereſſe, debet debitor, legitime
probare, vel probare, ſe fuiſſe poſt executionem
impeditum à creditore fructus exigere, vel percipe-
re, Pen. d. dec. 410. num. 3.

10 Num. 38. in fin. Et * idem in hæredibus mulieris
tradit Fontan. deciſ. 437. num. 1. & ſeqq. tom. 2. Atque
11 * idem in hæredibus mariti poſſidentis bona ipſi
marito in pignus data, tradit Gratian. diſceptat. 848.
num. 27.

12 Num. 45. poſt verb. dec. 64. num. 4. par. 1. Cum * an-
te ſecundi decreti interpoſitionem opus ſit voce
præconia admoneri emptores, qui velint res diſtra-
hendas emere, ac creditoribus ſatisfacere DD. in l. à
Diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic. Cutell. deciſio. 24.
num. 5.

13 Num. 47. in fin. Et * poſt factam executionem
procedi debeat ad ſubhaſtationem, & adiudicatio-
tionem, Canaler. dec. 290. n. 6.

Nu. 54. poſt verb. dec. 58. nu. 2. Pirr. Maur. de fideiuſſ.
p. 2. ſect. 4. c. 19. num. 3. fol. 205.

14 Num. 59. in fin. Quam * in ſolutum etiam datio-
nem, ſeu adiudicationem præcedere debet executio,
Rot. in Romana, ſeu Ianuen. Locorum Montium 28.
Iunij 1641. coram Reuerendiſſimo D. Dunozetto, poſt
tract. dec. 157. n. 3.

Numer. 60. in fin. D. Merend. controuerſ. iur. lib.
15 24. cap. 14. numer. 27. tom. 4. * Poteſtque Iudex
in extinctionem æris alieni rem debitoris ſubha-
16 ſtare, vel ſolutum dare, Gratian. diſceptat. 750.
num. 36. * & omnia alia facere vſque ad finalem
ſolutionem, & ſatisfactionem ipſius, Gratian.:
ibidem.

Num. 61. in fin. San Felic. dec. 118. num. 6. vbi quod,
dum creditor mittitur in poſſeſſionem, quia non
reperitur emptor, miſſus dicitur loco ſecundi de-
creti.

17 Num. 65. poſt verb. cap. 194. num. 13. Et cum effe-
ctu, alias paria ſint, non præceſſiſſe primum decre-
tum, vel præceſſiſſe, ſed ſine effectu Intrigl. dec.
15. num. 2. lib. 1.

18 Num. 70. in fin. Et * ſecundum ſine primo, vel
eius effectu dicatur inualidum, Intrigl. dict. deciſio.
15. num. 3.

19 Num. 74. in fin. Vnde * executio per primum de-
cretum intelligitur inchoata, & per ſecundum per-
fecta, atque completa, Intrigl. dec. 46. num. 11. & 12.
20 * ſi illius vigore ſequatur vltima miſſio, Intrigliol.
ibidem.

21 Num. 78. in fin. Interponique * poteſt ſecundum
decretum ad inſtantiam etiam poſſidentis, vt in
vidua ſubhaſtante bona viri pro ſuis dotibus, non,
vt poſſideat, vt non turbetur, vel poſſeſſionem
reuocetur ab eo, qui ius moleſtandi, & inquietandi
habere prætendit, Intrigl. dec. 8. nu. 20. vel, vt do-
minium, quod ab alio prætenditur, poſſeſſori adiu-
dicetur, Intrigl. ibid. n. 21.

ADDITIO AD INSP. XIV.

SVMMARIA.

1 *Debitori minus damnoſum eſt, vt ſubhaſtentur, vel ad-
iudicentur res minores reditus.*

2 *Iudex prudens, & pius eſt, qui cum minoris debitoris
diſpendio ſine creditoris læſione iuſtitiam admini-
ſtrat.*

3 *Mobilia vt prius diſtrahantur in pignore prætorio ob
contumaciam non attenditur.*

4 *Bonus etiam aratorium executione capi poſſunt in obli-
gatione camerali.*

5 *Neceſſaria ad quotidianum vſum bonis cedentibus
relinquuntur, nec tranſeunt in hypothecam.*

6 *Mula Excell. Philoſophi, & Medici in executionem
capi non poteſt.*

7 *Stipendium publicum, vel ſalarium Officialis eſt ab
executione liberum, & in executionis caſu dimitti-
tur pro alimentorum portione.*

8 *Executio non permittitur ſuper alimentis debitis debi-
tori.*

9 *Executio non habet certam formam.*

10 *Ordo captionis pignoris inductus eſt non debitoris, ſed
creditoris fauore, & quare.*

11 *Ordo in exequendo ſi non ſeruetur, an executio ſit nul-
la, diſtinguitur & n. 12. & 13.*

14 *Ordinem ſi Iudex peruertat, id facere præſumitur ex
cauſa.*

15 *Precarij pactum Bononiæ dat creditori facultatem exe-
quendi ſuper quibus bonis maluerit.*

16 *Nomina ea debitoris capi poſſunt in executione, quæ
confeſſa ſunt, non quæ negantur, vel ſunt litigioſa.
Ampl. vt n. 17. & 18.*

17 *Mandatum directum ad bona an poſſit exequi in
debitoris nomine, ſeu iure perſonali.*

Num.

NVmer. 2. poſt verb. conſ. 27. numer. 6. Rot: in
Romana Officij 23. Ianuarij 1608. coram Scotto,
penes Marchiſ. de commiſſ. par. 3. fol. 23. numer. 4.
1 verſic. & primo. vbi, quod * minus damnoſum eſt
debitori, ſeu ſua magis intereſt, vt ſubhaſtentur,
vel adiudicentur bona, ex quibus minus percipitur
de reditu, quam ea, ex quibus de reditu plus perci-
pitur.

Num.3. in fin. poſt verb.dec.96.num.6.Thom.Carle-
ual. de iudic.tom.2.tit.3.diſp.1.n.7.Io: Bapt. de Thor.
in compend.dec.Neapol.p.3. in verb. executio facienda
iuris ordine.

2 Num 5. in fin. Vnde * Iudicis prudentia, & pietas
eſt commendanda, quæ cum minori diſpendio debi-
toris, & abſque læſione creditoris iuſtitiam admini-
ſtrat, Rot.recent.p.7.dec.35.n.7.

Num 8. in fin. In * pignore tamen prætorio ob con-
3 tumaciam non attenditur iſte ordo, vt prius diſtra-
hantur mobilia, Merlin. de pignorib.lib. 1. quaſt. 17.
num. 41.

Num 9. in fin. Vrſell. in verb. agricultura, concluſ. 82.
num. 3.

Numer. 11. poſt verb. loc. citat. Vrſell. de concluſ.
82. num. 4.

Num. 12. in fin. Vrſell d: concl. 82. num. 4. vbi num. 5.
4 quod † huiuſmodi priuilegium non habet locum in
obligatione camerali.

Num. 13. poſt verb. in verb. veſtes Mandoſ. de inhibit.
5 q. 71. num. 16. vbi, * & ſimilia ad vſum neceſſarium de-
ſtinata, & quod cedenti bonis relinquuntur, & non
tranſeunt in hypothecam,

Ead: n. 13. in fi. Mandoſ. loc. cit.

Num: 14. in fin: Mandoſ vbi ſup: num. 17. & 18. vbi et-
6 iam * de mula Excell: Philoſophi, & Phiſici: Tho: Car-
leual. de iudic. tom: 2. tit: 3. diſput: 18. per tot: vbi gene-
7 raliter etiam * de publico ſtipendio, vel ſalario Offi-
cialis, & quod in caſu executionis debet dimitti tan-
ta pars, quanta ſufficiat ad alimenta.

8 Num. 16. in fin. Item * non admittitur executio ſuper
alimentis debitis debitori, vt in alimentis, quæ debet
pater filio, & è conuerſo filius patri, & quæ debet
Eccleſia Patrono, tradit Thom. Carleual. de iudic.
tom: 2. tit. 3. diſput: 20 per tot: vbi n. 7. niſi ſint alimenta
præterita.

Num: 17. in fi. poſt verb. cap. 195. num. 19. Io: Bapt. de
Thor. in compend. deciſ. Neapolit: p. 3. in verb. executio
facienda iuris ordine. vbi, quod talis executio eſt com-
pulſio, non ſolutio.

Eod: num. 17. in fin poſt verb: Vnde. Quamuis exe-
9 cutio ſit de illis rebus, quæ * non habent certam for-
mam cum ea dicatur quandoque capiendo perſo-
nam, quandoque recipiendo pecuniam, quandoque
vno modo, quandoque alio, Intrigl. deciſ. 46. num.
8. & 9.

10 Numer. 20. in fin: licet * ordo captionis pignoris
fauorem creditoris reſpiciat, ſitque inductus non de-
bitoris, ſed creditoris fauore, vt facilius ſuam ſatis-
factionem conſequi poſſit, Io: Bapt. de Thor: in com-
pend. deciſ. Neapolit. par. 3. in verb. executio facienda
iuris ordine. in fin.

Num: 22. in fin: Contard: de moment: poſſeſſ: lim: 18.
num. 25. & ſeqq. Put. dec. 309. lib. 2. in correct. Thom.
Carleual: de iudic: tom: 2. tit: 3. diſput. 1. num 12. Io. Bapt:
de Thor: in compend. deciſſ: Neapolit: par: 3. in verb:
executio facienda iuris ordine.

Num: 23. in fin: Et Ciarlin. controu. forenſ. par: 2. c.
60. n. 47. & alleg: per Contard. loc: cit. ſub nu 26. & per
11 Thom: Carleual: vbi ſup. num. 11. * quæ opinio poteſt
ſaluari in Iudice, qui interloqueretur. Aliter proce-
dendum ad executionem, quam diſponeretur in d.
§. in venditione, quia tunc eſſet executio nulla,
12 * tamquam continens expreſſum iuris errorem, Con-
13 tard. ibid. num. 27. * & prior opinio communis, vt
procedat in Iudice exequente abſque dicta interlo-
14 cutoria, Contard: d. n. 27. cum * in Iudice lex con-
fidat, quod ex cauſa peruertat ordinem, Put: dec. 309.
lib: 2. in correct.

Num. 31. poſt verb. cap. 195. n. 13. Put: d: dec: 309. lib: 2.
in correct. vbi reddit rationem, quia aliter faciendo
quam ſibi demandatum fuerit per Iudicem, videtur
exceſſiſſe fines mandati, licet in fine addat, quod
maior pars Dominorum tenuit contrarium, intelli-
gens d: §. in venditione, tam in Iudice, quam in Exe-
cutore.

Num: 36. in fin: Rot: in Romana Collecta 5. Iul. 1632.
coram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tra-
ctat: dec: 117. n. 2. & in Bononien: Pecuniaria 17. Iunij
1641. coram R: P. D: Carrillo, poſt tract. dec. 182. num.
1. & 2.

N. 38. poſt verb: ſub nu. 9. Rot: in d: Romana Collecta
5. Iunij 1632. coram Eminentiſſ. D. Card: Veroſpio iunio-
re poſt tract. d. deciſio 117. n. 2.

Num. 42. in fin. poſt verb. deciſ. 27. n. 12. & in Bononien.
Pradij 4. Aprilis 1642. coram R: P: D. Peutingero, poſt
15 tract. dec. 159. n. 10. vbi n. 11. quod * idem operatur in
Ciuitate Bononiæ pactum Precarij, quia illud iuxta
extenſionem Statuti eiuſdem Ciuitatis tribuit credi-
tori facultatem exequendi ſuper quibus bonis ma-
luerit.

Num. 44. poſt verb. Marchia, & in d. Bononien. Pra-
dij 4. Aprilis 1642. coram R. P. D. Peutingero, poſt
tract. d. deciſ. 159. n. 10.

Num: 56. in fin. D. Merend. controu. iur. lib. 24. c. 50.
num. 58. tom. 4

Num. 75. in fin. Ant. Nigr. de excep. cap. 12. §. 6. num.
26. & 27.

N. 111 in fin. Vnde Thom. Carleual. de Iudic. tom.
2. tit. 3. diſput. 1. num. 8. ait, quod quando capiuntur
pro pignore debitorum nomina, inſpiciendum eſt,
16 cuius ea ſint conditionis, * ex quo capi poſſint, quæ
confeſſa ſunt, non quæ negantur, & ſunt litigioſa,
17 & quod * potuerunt Iudices executionis ea exigere,
vel immo debebunt, ſi id illis facilius videbi-
tur ad rem exequendam, quam illa vendere, &
quod debitorum fauor, & præſertim pupillo-
rum, & minorum eſſet à nominibus debitorum in-
cipere.

Num. 115. in fi. poſt verb. n. 419. Et tradit generaliter
Io. Bapt. de Thor. in compend. deciſſ. Neapolit. par. 3.
in verb. creditor an poſſit agere contra debitorem de-
bitoris.

N. 119. in fi. Interrogarique eo magis ſuper tenore
inſtrumenti poteſt debitor debitoris ad inſtantiam
ipſius adjudicarij, & ſimul ſecundi creditoris, ſeu
illius hæredis. Sanfelic. deciſio. 213. num. 6. & ſeqq.

Num. 136. in fin. Io: Bapt: de Thor: in compend. deciſ.
Neapolit. par. 4. ſect. 2. in verb. liquidatio inſtrumenti,
18 fol. 48. Vbi quis tamen haberet * mandatum dire-
ctum ad bona ſeu de bonis loquens, excederet Exe-
cutor limites ſuæ facultatis, ſi illud exequeretur
ſuper iure perſonali, ſeu debitoris nomine à bonis
diſtincto, & ſeparato, ſed bene valida eſſet exe-
cutio ſuper iure ab ipſis bonis ſtabilibus dependente
ſeu illis annexo, vt in iure perſonali emptori com-
petente pro euictione, tradit Card: Merlin. dec. 206.
num. 4. & ſeqq.

Digitized by Google

ADDITIO AD INSP. XV.

N*Vm 1 in ſi. Merlin. de pignor. lib 4. q. 95 n. 52. verſ. ſecundo vt captis, Thom. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 1. n. 6.*

N. 2 *in fin. Thom. Carleual. vbi ſup.* vbi, quod ita hodie iuxta ius commune debitor gaudebit ſex menſium tempore, & quod, ſi nec tunc ſoluat, proceditur ad vlteriora, pignoraque ſubhaſtantur, & venduntur.

ADDITIO AD INSP. XVI.

SVMMARIA.

1 *Curia Magna concurrit in exequendo cum Ordinario loci. Ampl. vt n. 2.*

3 *Iudicis præceptum, ſeu mandatum non extenditur ad bona extra ſuum territorium, niſi exprimat.*

4 L. à Diuo Pio, §, ſententiam Domo, ff: de ſentent: & re iudic: *habet diuerſos intellectus, & quot.*

5 *Sententia Layci an exequi poſſit contra bona interim in Clericum tranſacta & n. 6.*

7 *Clericus an arctetur inſtantia cœpta contra eius auctorem laycum.*

8 *Clericus ad cauſam veniens vti tertius non poteſt declinare iuriſdictionem Iudicis etiam layci.*

9 *Executio ſententiæ layci contra Clericum ad Iudicem ſpectat Eccleſiaſticum. & n. 11.*

10 *Clericus obligatus de reſtituendo prioribus, & potioribus coram Iudice layco coram eodem conueniri poteſt. Decl. vt n. 11.*

12 *Iudex Executor non cognoſcit de ſententiæ, vel mandati iniquitate.*

13 *Iudex Executor ad vendendum oblatoribus non poteſt creditoribus adiudicare, ſed illos admittere ad licitandum etiam per alios.*

14 *Executori mero mera facti executio competit, non iudicialis cognitio.*

15 *Iuriſdictio ſpectans ad plures coniunctim an poſſit per aliquos tantum exerceri, & an decreta ſanentur per ſubſcriptionem, & n. 16.*

N*Vm. 1. in fin. Intrigl. deciſ. 15. num. 31.* vbi, quod alias nulliter agitur, *Thom. Carleual. de Iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 1. ſub num. 7.* vbi, quod iudicialia pignora, vt iudicato ſatisfiat, venundari ſolent per officium eius, qui ita decreuit, & per eius Officiales Miniſtros, & Apparitores.

N. 7. in fin. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 95. nu. 52. verſ. tertiò quod.

1 *N. 14. in fin.* Magna * tamen Curia concurrit in
exequendo cum Ordinario loci, ita vt ea poſſit exequi
ſententias latas, & mandata relaxata per alios
Iudices abſque eorum litteris *Intrigl. deciſ. 15. nu. 99.*
2 † Et fortius ſi agatur de perficienda executione, in
qua fuerit ibidem præuentum, *Intrigl. ibid. verſic.
tanto magis, & n. 100. & 101.*

N. 16. in fin. Thom. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 17. ſub n. 1.

N. 22 *poſt verb. conſ. 3. num. 5.* ſeu extra territorium,
ſuum, *Rota in Romana, ſeu Ianuen locorum Montium
28. Iunij 1641. coram Reuerendiſſ. D. DunoZetto, poſt*
3 *tract. deciſ. 157. numer. 4.* Immo * nec in dubio ſimplex
Iudicis præceptum, ſeu mandatum extenditur
ad bona ſita extra eius territorium, niſi exprimat,
d. deciſ. 157. n. 2.

Nu. 25. in fin. Et eſt *tex. in l. à Diuo Pio, §. ſententiam Romæ. ff. de ſentent. & re iudic.* & tradit *Intrigl.
deciſio 15. numero 102.* vbi, quod d. tex.
4 * habet diuerſas litteras, & diuerſos intellectus,
videlicet, & primo ſententiam Romæ dictam poſſe
per Præſides Prouinciarum perfici, ſi hoc
iuſſum fuerit; ſecundo, ſi hoc viſum fuerit; &
quod hæc ſecunda lectura habet triplicem intellectum;
& primum, hoc eſt, ſi viſum fuerit ſententianti;
ſecundum, ſi hoc viſum fuerit exequenti:
tertium, ſi hoc viſum fuerit victori, & quod
hunc vltimum intellectum commendauit ibidem
Cumanus, & Iaſon.

N. 33. in fin. Seraphin. dec. 957. n. 1.

Num. 34. in fin. & Rot. in Romana Apothecarium 23. Ianuarij 1647. coram R. P. D. Peutingero, poſt tract. dec. 176. num. 6.

5 *Num. 35. poſt verb. n. 1. & 11.* Nec * ſententia lata à
Iudice layco poteſt exequi contra bona interim
tranſlata in Clericum *Ant. de Amat. reſol. 86. num.
60. verſ. quemadmodum. Rot. in Regien. Manutentionis
27. Iunij 1644. coram R. P. D. Veroſpio, poſt tract.*
6 *deciſ. 170. num. 15.* cuius * contrarium tenet *Sanfelic.
deciſ. 2. num. 1. & ſeqq.* & præſertim *num.* 8 & ibi etiam
in addit. & *Cutell. de donat. tract. 2. diſcurſ. 1.
ſpecul. 20. num. 35. & ſeqq.* & maxime *num.* 38. Prout
7 † neque arctatur Clericus inſtantia cœpta contra
ſuum auctorem, *deciſ. 170. num. 12. poſt tract.* quod
eſſe controuerſum dicunt *Ant. de Amat. de reſol. 86.
num. 46. & ſeqq.* & *Sanfelic. d. deciſ. 2. num. 13. &*
8 *ſeqq.* & *in addit.* Cæterum * vbi Clericus vti tertius
vellet de dominio, ſeu poſſeſſione opponere ad impediendam
vlteriorem executionem, & ſubhaſtationem,
quæ coram Iudice layco tractaretur, deberet
coram eodem comparere, *Ant. de Amat. d. reſol. 86.
num. 60. ſub verſ. quemadmodum, & reſol. 94. num. 29.
Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 925. & ſeqq.* vbi
limitat. *Sanfalic. deciſ. 90. num. 24.* & in his poteſt
procedere, *Ant. Nigr. de ſubhaſt. lib. 1. cap. 1. nu. 20.*
9 Sed * tamen effectualis executio contra Clericum
ſemper ſpectaret ad Iudicem Eccleſiaſticum, *Abb.
in c. Eccleſia, num. 11. vt lit. pend. Franc. deciſ. 545.*
quos allegat *Cutel. de donat. d. tract. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 20. num. 29. & 35.* & tradit *Ant. de Amat. d. re-*
10 *ſol. 86. num. 60. in fin.* * Vbi etiam ageretur de pecunia
recepta à Clerico, ſeu de auocandis bonis adiudicatis,
eidem non libere, ſed cum cautione de
reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus
in vim decreti Iudicis layci, poſſet idem coram
eodem Iudice layco pro ea, ſeu illis conueniri,
Sanfelic. d. deciſio. 2. numero 17. verſic. aut res non
11 *exiuit, & idem particul. ratione.* * reſeruata tamen
effectuali executione Iudici Eccleſiaſtico, vt
ſuprà.

Num. 40. poſt verb. cap. 389. num. 1. Intrigl. deci-
12 *ſio. 13. num. 27.* Nec * de ſententiæ, aut mandati iniquitate
cognoſcit, *Intrigl. ibid.* videndus tamen eſt
in hac materia *Ant. Nig. de except. cap. 3. ſ. 7. num
48. & ſeqq.*

13 *Num. 41. in fin.* Adeo vt * ſi facultas reſtricta ſit ad
vendendum bona oblatoribus, non poſſit ea dare
in ſolutum creditoribus, ſed valeat, & creditores
admittere ad licitandum, & tam per ſe, quam per
interpoſitas perſonas, *Cardin. Mellin. dec. 206. n. 6.*
14 *in fin. & ſeqq.* † Pertinetque ad merum Executorem
ſola, & mera executio facti, non aliqua iudicialis
cognitio

Digitized by Google

cognitio, *Pen. dec.36.n.7.verſ.nec obſtat,* vbi de Legato Bononiæ.

15 *N.* 48. *in fin.* In quo adnotandum eſt, quod,† vbi iuriſdictio eſt apud plus coniunctim, & non inſolidum, debent decreta expediri ſede plena, alias decreta dicuntur nulla iuriſdictionis defectu, vt de

16 ſecundo decreto tradit *Intrigl. dec.15. nu.5.* 40 *& ſeqq. lib.* 1. vbi, quod, * quatenus recepio decretorum de omnium mandato fuiſſet de ſolemnibus neceſſarijs, eſſe tamen hæc ſolemnitas leuis: quæ actum, & præſertim ſecundum decretum, quod tot ſolemnitatibus, & laboribus conficitur, non vitiaret, & ſanaretur per ſubſcriptionem.

ADDITIO AD INSP. XVII.

SVMMARIA.

1 *Senatus, an poſſit ad inſtar Principis reſtitutionem in integrum aduerſus ſubhaſtationem concedere.*

2 *Creditor cogitur oblatum creditum recipere, & à ſubhaſtatione deſiſtere.*

3 *Mora purgatione ſolutioni mediante locus ſemper eſt ante perfectè conſumatam executionem.*

4 *Iudex cum facultate procedendi ſola facti veritate inſpecta ſine dubio debitorem admittit ad pignus reluendum, tam antequam ſub haſta ſit venditum, quam poſt, & n.* 16.

5 *Pupillus & minor admittitur ad ius offerendi ſoluto etiam, quod debetur ex augmento temporis, & melioramentorum, & num.* 8.

6 *Ius luendi in re nulliter ſubhaſtata nullo temporis curſu tollitur.*

7 *Debitor auditur poſt adiudicatione, vel venditionem pignoris factam ex falſa cauſa, vel pro maiori, aut illiquida quantitate.*

9 *Pignoris venditio ipſo iure nulla eſt, nec emptor eſt ſecurus, vbi enormiſſima læſi interuenit.*

10 *Appellatio ſuſpendit iudicatum.*

11 *Adiudicatio ea impedit oblationem, quæ trahit ſecum dominium irreuocabile.*

12 *Cedi non poteſt ius retractus, vel luendi competens ex ſtatuto, vel conſuetudine.*

13 *Statutum tempus indulgens ad redimendum pignus Iudicis auctoritate diſtractum non procedit in pignore iure ſuo vendito à creditore ſine Iudicis miniſterio.*

14 *Tempus à Statuto datum ad reluendum pignus ſubhaſtatum incipit à die immiſſionis, & num.16. vbi ampl. & vide.*

15 *Stylus obtinendi ſimul immiſſionem, & pronunciam, ſubhaſtationes fuiſſe ritè, & rectè factas, ſaluo iure luendi infra terminum Statutarium reprahenditur.*

17 *Subhaſtationes nulliter factæ non debent decreto confirmari.*

18 *Debitor ad offerendum admittitur, vbi creditor per ſe, vel alium emiſſet pignora conuentionalia, & quare.*

19 *Creditor vltra ſummam à debitore oblatam poteſt pignora diſtrahere.*

20 *Reſciſſionem ſubhaſtationis poteſt petere debitor, fideicommiſſarius, concreditor, & quilibet habens intereſſe.*

21 *Bona ritè, & rectè pro collectis ſubhaſtata non poſſunt, collectis ſolutis, recuperari.*

22 *Ius luendi ex Statuto conceſſum an perpetuetur ex enormiſſima læſione.*

NVm.2. *in fin. Ant.Fab.de err.pragmat.tom.1.decad.1.err.4. n. 13. circa fin.* neque argumentum pretij; *Larr.deciſ.Granat. 76. numero 34. in par.21*

15 *tract. deciſ.* 145. *num.*12. *&* 13. cum * per diuiſionem ſocius, ſeu cohæres poſſeſſionem amiſerit quoad partem alio ſocio, ſeu cohæredi obuentam, *Rota*

16 *rec. p.*6. *deciſ.*125 *num.* * &. ſi diuiſio fuerit facta auctore Prætore, cuius factum dicitur factum partis, *Rota rec. d. deciſ.*606. *nu.* 1. *& ſeq. par.* 4. *tom.*3.

17 *N.*45. *in fin. poſt verb. diſtinctionem,* Nec * eſt facienda differentia, an mandatum ſit ad effectum deponendi vel ad effectum ſoluendi, quia mandatum etiam ad effectũ deponendi, quod ſuccedit loco facti, puta redditionis rationis non ſecutæ, non intrat, niſi ad id, quod intereſt actoris, *Rota in Senogalien. Societatis* 3. *Ianuarij* 1645. *coram* R. P. D. *Royas, poſt tr.*132. *num.* 18.

18 *Ampl.* 18. * etiam in deliberatione, ſeu adiudicatione facta vnico contextu cum pluribus mandatis, quorum aliquod fuerit nullum, *Rota in Romana de Pinellis* 20. *Februarij* 1598. *coram Orano, penes Marcheſan. de commiſſ. p.*1. *fol.* 753. *in fi.*

19 *Ampl.*19. quando mandatum eſt relaxatum, & exe-

Digitized by Google

executum contra tenorem obligationis, Rota in Vrbeuetana Frumenti 27. Iunij 1646. coram R.P.D. Meltio, poſt tractat. deciſ. 202. num. 6.

N. 55. in fi. poſt verb deciſ 6. n. 12. Vrſell. in verb. alienatio rerum minorum, concl. 86. num. 17. verſic. rurſus concorda & verſ. ſeq. Rota in Vrbeuetana Reſtitutionis Dotis 14. Decembris 1643. coram R.P.D. Peutingero, poſt tract. deciſ. 167. n. 10. & in Ariminen. Manutentionis prima Iulij 1647. coram R.P.D. Ghiſilerio, poſt tract dec. 211. nu. 17.

20 Num. 59. in fin. & * pro aliis expenſis, liquidis, &
certis, Intrigl. deciſ. 15. nu 13. verſ. ſed Rei replicabant,
21 & verſ. ſeq. & n. 53. † quidquid aliud ſit in illiquidis,
& incertis, Intrigl. ibid n 54. & 55.

N. 63. in fin. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 16. cap. 7. n.
22 234. verſ. ſecus tamen, vbi, * ſi tamen Iudex ritè, &
rectè proceſſerit, Intrigl. d. dec. 15. num. 14. Rot. in Ariminen. Manutentionis prima Iulij 1647. coram R. P. D. Ghiſilerio poſt tract. deciſ. 211. num. 17.

N. 64. poſt verb. d. dec. 60. nu. 12. & in Arim. Manut.
23 coram R. P D. Ghiſilerio, poſt tr. dec. 211. nu. 17. * Vel
poteſt etiam compenſari cum alio debito, Intrigl. d.
24 deciſ. 15 n. 13. verſ. ſed Rei replicabant, & nu. 57. * præ-
ſertim quando res adiudicatur ipſi creditori ſubhaſtanti, non tertio emptori, Intr. ib. n. 58. & ſeq.

Nu. 70. in fin. poſt verb. fructibus computatis, Merl. de pignor. lib. 1. quæſt. 23. nu. 3. 11. & ſeq. & in terminis ſubhaſtationis, & deliberationis factæ de bonis retentis per ſaluianum. Rota in Romana nullitatis Deliberationis 27. Aprilis 1644. coram R.P.D. Ghiſilerio. poſt tract. dec. 190. n. 14. & 15.

N. 78. in fin. & Rota in Romana, ſeu Tiburtina Dotis, ſeu Pecuniaria 4 Iulij 1646. coram R.P.D. Peutingero, poſt. tract. dec. 174. nu. 15.

Num. 82. in fin. Rota in Bononien: Legati 8. Aprilis 1647. coram R.P.D. Cerro, poſt tract. deciſ. 229. num. 5. & ſeqq. vbi, quod tunc, ſi mandatum, & executio corruat quoad vnum ſuſtinetur, quoad alterum.

N. 83. in fi. Intrig. dec. 15. n. 68. & dec. 46. n. 1. in fi.

25 Nu. 88. in fin. Ac * vbi ſummæ, pro quibus proceſſit diſtractio, ſunt ſeparatę, ac diſtinctæ, & diſtinctæ ſunt res diſtractę, ſeparata dici poſſunt decreta, ac diuiſibilia, licet à principio fuerint vnita, cum ſatis ſit, vt ſeparari poſſint, Cut dec. 5. n. 125. vbi, de ſubhaſtatione in vim decreti ex cauſa anteriori.

N. 91. in fin. Intrigl. deciſ. 15. num 65. Ferdin. Arias var. reſol. lib. 1. c. 7. n. 12.

26 Nu. 93. in fi. Nec * venditio, vel adiudicatio facta per Iudicem poteſt dici nulla tamquam facta plus debito. vbi præceſſit ſententia declaratoria quantitatis debiti, Ger. Spin. conſ. 35. n. 23.

27 Nu. 97. in fin. ſed quod † adiudicatio habeat vim diffinitiuæ, & debeat ſecundum illam regulari, tradit Andreol. contr. 48. nu. 20. & 21.

N. 104. in fi. poſt verb. num. 7. & ſeqq. Vrſell. in verb. alienatio rerum minorum, concl. 86. nu. 15. & 17. vbi, de ſtylo etiam Signaturæ iuſtitiæ.

28 N. 106. in fi. Sed † cœpta executione nec pro ſumma debita ſuſtinetur, Rota in Tolentina Pradij, ſeu Pecuniaria, vel Dotis 11. Maij 1640. coram Merlino,
29 poſt tract. deciſ. 155. num. 1. licet, * commiſſa cauſa
cum clauſula, Qui ad legitimam executionem procedat, & in illius vim reformata, ſeu decreta executionem cum aliqua qualitate expediatur & exequatur nouum mandatum de exequendo, Rota in Bononien: Pradij 16. Iunij 1642. coram R.P.D. Peutin-
30 gero, poſt tract. deciſ. 61. num. 5. & 6. & * quando exe-
cutio fuerit facta in bonis debitoris, & in bonis etiã non debitoris, ſuſtineatur pro rata debita ſuper bonis veri debitoris, nec tota executio corruat, ſed reducatur, Rot. in Urbeuetana Reſtitutionis Dotis 14. Decembris 1643. coram eodem R.P. D. Peutingero,
31 poſt tract deciſ. 167. num. 10. num. 10. * Mandato autem
reformato, exceſſiua eſſet executio pro tota ſumma, Card. Mellin. deciſ. 232. ſub n. 2. & dec. 276. n. 5.

32 N. 114. in fin. Prout * nec exceptio compenſationis attenditur, niſi à die oppoſitionis, Rota in Bononien: Pradij 4. Aprilis 1642. coram R.P.D. Peutingero. poſt tract. dec. 159. n. 12.

Poſt num. 118. Lim. ſeu decl. 21. vt, licet executio, &
ſubhaſtatio, ſeu adiudicatio facta pro maiori ſumma
33 in totum corruat, † non tamen hoc procedat quo-
ad aſſignata prius ad computum maioris ſummæ, Thomaſ. de tut. & curat. tit. 19. cap. 7. n. 225. ſub 8. ampl.

34 Lim. ſeu decl. 22. vt * contra habentem facultatem ex ſententia ſoluendi partim in pecunia, & partim in particularibus bonis, dum in obligatione erant pecuniæ, & in ſolutione bona, ſi ille non declarauerit, ſe velle d. facultate vti, ſuſtineatur executio facta pro tota ſumma, & quantitate, Rota in Bononien: Pradij 4. Aprilis 1642. coram R. P. D. Peutingero, poſt tr. dec. 159. ſub nu. 2. & ſeq.

35 Lim. ſeu decl. 23. vt * mandatum relaxatum, & executum actione exempto pro euictione non dicatur exceſſiuum, ſi ſit pro maiori ſumma pretij erogati, dum tale fuerat pretium temporè euictionis, quod attendi debet, ſiue res melior, ſiue deterior facta ſit, Rota in Romana Locorum Montium 18. Maij 1643. coram R. P. D. Meltio, poſt tractat. deciſ. 162. num. 20.

36 Limit. ſeu decl. 24. vt * ſuſtineatur adiudicatio facta, & ſecundum decretum latum pro maiori ſumma, quam continetetur in mandato, & executione, vbi fuerint accollata, & compenſata alia onera, & debita liquida, Intrigl. dec. 15. nu. 13. verſ. & Rei replicabant, & verſ. ſeq. & n. 51. & ſeq.

37 Lim. ſeu decl. 25. vt † non dicatur exceſſum ex executione, & ſubhaſtatione, ac adiudicatione facta ad inſtantiam cedentis, vbi ceſſio ad ipſius cedentis, & non ceſſionarij commodum facta eſt, vt puta, quia pecunia ad cedentis commodum deberet inueſtiri, quidquid aliud ſit econtra, Intrigl. dicta dec. 15. num. 16. 61. & ſeq.

38 Lim. ſeu decl. 26. vt * non dicatur exceſſum in mandato, & executione pro paghis non maturatis contra illum, qui obtinuit dilationem ad ſoluendum in pluribus, & diuerſis terminis cum conditione, vt, deficiente in vna paga, ſeu in vno termino, teneretur ad duas, ſeu duos, & deficiente in duabus ſeu duobus, teneretur ad totum, ſi fuerit in ſolutione moroſus, vt dixit Rot. in Ariminen. Manutentionis prima Iulij 1647. coram R.P.D. Ghiſilerio, poſt tract. deciſ. 211. n. 12. & ſeqq.

39 Num. 120. in fin. & * creditor, qui vti creditor in-
iuſtè licitauit, Rot. in Romana Cenſuum 16. Martij 1646. coram R. P.D. Royas, poſt tract. dec. 136. num. 23.
40 * quorum damnorum loco venit ipſa res deliberata
ſeu adiudicata, d. dec. 136. n. 25.

ADDITIO AD INSP. LI.

SVMMARIA.

1 Statutum permittens in adiudicatione aliquod lucrum videtur odioſum, & non ligare in foro conſcientiæ.

2 Statutum ſuper lucro in adiudicatione viget in Regno Siciliæ.

3 Adiudi-

Digitized by Google

3 *Adiudicatio bonorum eius, qui non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, an admittat lucrum in adiudicatione ſtatutarium, & n.4.*

5 *Lucrum dans ſtatutum in adiudicatione quomodo taxandum in ea, quæ ſit pro crediti rata, & n.6.*

7 *Lucrum aliquod concedi ſolet in ſubhaſtatione licitatoribus, vt ad licitandum inuitentur pro maiori precij beneficio, & in quo conſiſtat, & quomodo vocetur, & n.8. & 9. & 10.*

9 *Lucrum in licitationibus quis poſſit concedere, & num. 11.12.13.14.15.17. & 18.*

16 *Lucrum in ſubhaſtatione bonorum debitoris, an poſſit concedere Iudex, & n.17 & 18.*

1 NVm.3. *in fi.* Quamuis * huiuſmodi Statutum videatur odioſum, *Intrig. dec.46.n.27.* ita vt illius lucrum non debeatur in foro conſcientiæ, *Intrigl. d. dec.46. num.20.*

Num 8. in fin. poſt verb. æſtimatur, Caſ. Caren. reſol. 32. nu.9. in fin.

2 *N.9. in fin.* Quod * Statutum ſuper lucro quartæ partis viget etiam in Regno Siciliæ, vbi appellatur quinquenalens, ſecundum *Intrigl. dec 46. nu.6.17. & ſeqq. & Ferdin. Bonior. conſ.9. inter conſ. diuerſ. Sicul.*

Num.12 in fin. Caſ. Caren. reſol.32. n.9. in fi. & 10.

3 Idem † obſeruandum crederem in adiudicatione facienda de bonis debitoris, cui debetur reuerentia, ita vt ob id non teneatur, niſi in quantum facere poſſit, vt contra *Theſaur. dec.153. num.5. & Nigr. de iudic. pignor. vend. cap. vlt. §.11. nu.4. tenet D. Merend.*
4 *controu. iur. lib.24. cap.50. n.13.* * cum, deducto ſolum, ne egeat, non videatur in eo, quod ſupereſt, poſſe euitare, quia creditor hoc etiam lucrum in eius damnum conſequatur in compenſationem incommodi recipiendi aliud pro alio.

N.14. in fi. & *Caſ. Caren. reſ.32. n.10. verſ. ad euitandam, & ſeq.* vbi, quòd, ſi bona non ſufficiant pro omnibus, tunc anteriores non poſſunt vti dicto beneficio, ſecus ſi bona ſufficiant, & agatur ſolum de damno, & odio debitoris, & non de excluſione alicuius creditoris, tamquam Statutum ſit inductum in fauorem creditorum, non debitorum, & ne diuerſum finem operetur, *& Ferdin. Bonior. conſ.9. inter conſ. diuerſ. Sicul.*

5 At quia * fit aliquando bonorum adiudicatio non pro toto credito, ſed pro parte tantum, dubitari tunc contingit, nunquid lucrum competens in vim huiuſmodi Statuti taxandum ſit iuxta ſummam ratæ crediti, pro qua fit adiudicatio, vel habito reſpectu ad totum creditum, pro quo executio cauſata fuit.
6 In quo dicendum videtur, vt, † ſit attendenda ſumma adiudicationis, & pro qua fit vltima miſſio, & ſequitur liberatio debitoris, ac grauatur creditor recipere aliud pro alio, vt tenet in terminis Statuti Regni Siciliæ dantis quartam partem eius, pro quo procedit executio, *Intrigl. dec.46. n.5. in fi. & ſeqq.*

Num.16. in fin. & Intrigl. d. dec.46. nu. 17. & ſeqq. Caſ. Caren. reſol.32. num.9. verſ. tunc D. Margarita, & num.11.

Num.21 poſt verb cap.2. nu.46 Vrſell. in verb. aſſiſtentia concl.157. nu.9.

N.23. in fin. Anton. de Amat. reſol.38. n.13. vbi, quod
7 * ad alliciendos licitatores ſolet aliquid eis promitti, vt inuitentur ad licitandum pro maiori beneficio
8 pretij rei ſubhaſtatæ, † quod Panormi, & in Regno vocatur quinta, & eſt quinta pars eius, quod vltimus licitator ſupra oblationem penultimi, meliorem faciens conditionem, offert, & quod de iure dicitur Auantaggium, vel Vices, *Thom. Carleual. de iudic. tom.1. diſput. vlt. n.1. & 2.* vbi de locatione Regiorum
9 redituum, & gabellarum, & quod * in Regno Caſtillæ Adminiſtratores habent hanc facultatem, ac quod
10 Hiſpani vocant Prometidos, & quod † eſt mirabilis modus augendi licitationis calorē, & quod videndus eſt *Guittierez practicar. de gabell. qu.151. & 152.* quod-
12 que * hanc facultatem habens omnes deputati adminiſtrationi patrimoniorum quotumlibet Princi-
12 pum, † nec non hæredes, dum vendunt bona hære-
13 ditaria, & † Decuriones Ciuitatis in locatione red-
14 dituum publicorum; & *num* 4. quod eſt * debitor, & quilibet vendens rem ſuam poteſt d. lucrum con-
15 cedere; & *n.5.* quod † huiuſmodi auantaggia is ſolum poteſt concedere, qui habet adminiſtrationem generalem, vel cum libera, *& n.3 ſeqq. vſque ad fin.* diſpu-
16 tat, & concludit, quod * id non eſt permiſſum Iudicibus in venditione bonorum debitorum ſub haſta
17 pro ſatisfaciendis creditoribus, * niſi ipſi debitores, de quorum damno agitur, conſentiant, & reddit ra-
18 tionem, ac reſpondet contrariis, vbi vide. † Immo nec ſufficit conſenſus debitoris, vbi ille redundare poteſt in præiudicium creditorum, quia pretium retrahendum, detractis auantaggiis, non eſſet ſufficiens ad ſatisfaciendum omnibus creditoribus, *Thom. Carleual. loc. cit. n.8.*

ADDITIO AD INSP. LII.

SVMMARIA.

1 *Hortus domui contiguus dicitur ab ea diſtinctus.*

2 *Fideicommiſſo alieno non præſumitur quis velle rem propriam ſubijcere.*

3 *Diſtractio pro credito oblato cum oneribus rei accollatis continet non ſolum ius debitoris, ſed rem totam.*

4 *Fructus pendentes à die oblationis quando emptori debeantur, & num.5.*

6 *Oblatione in ſubhaſtatione recepta, conditiones addi non poſſunt, & quare. & n.9.*

7 *Oblatio in ſubhaſtatione acceptari poteſt non pure, ſed cum aliqua conditione, puta accedente licentia, &c.*

8 *Fructus maturati, conditione oblationis pendente, ad quem ſpectent.*

10 *Subhaſtationis in pretio comprehenſum cenſetur omne id, de quo in ſubhaſtatione fuit habita ratio.*

11 *Creditor ex ſecundo decreto ſuccedens locationi ſtare tenetur, & dare poteſt de læſione, vt poterat debitor, & num.12.*

13 *Fructus in venditione cum pacto addictionis in diem maturati, re exiſtente penes primum emptorem, ad ipſum ſpectant.*

1 NVm.11. *poſt verb. nu.5. par.3.* Et † pro bonis debitoris haberetur etiam hortus ab eo emptus qui eſſet contiguus domui ab eo poſſeſſæ fideicommiſſo ſuppoſitæ, vt ab ea diſtinctus, & ſeparatus,
2 & quia † non præſumitur quis voluiſſe rem propriā alieno fideicommiſſo ſubijcere, vt dixit *Rot. in Florentina Horti 4. Iulij 1642. coram R.P.D. Bichio, poſt tract. dec.114. n.2. & ſeqq.*
3 *Nu.15. in fin.* Quamuis * in diſtractione pro credito oblato cum oneribus rei accollatis non tantum ius debitoris, quod habet ſuper illis bonis, deductis oneribus, & ære alieno, ſed tota res totumque prædium diſtractum, & venditum dicatur, *Anton. de Amato reſol.38. num.5.*

Digitized by Google

N.16. *in fin. Ger. Spin.conſ.32. numer.7. & ſeq.* vbi contractu tamen perfecto,& *nu.20.& ſeq.* vbi,quod,
4 * re expoſita venali,cum verbis, quod dabitur plus offerenti,fructus pendentes debentur emptori à die oblationis tanquam pars pretij ; & quia contractus tunc perfectus dicatur, etiamſi prædium non fuerit traditum, nec pretium ſolutum, *Barbat.de diuiſ. fruct par.2.cap.5.n.10. & c.6.nu.32.*

5 Quando * tamen prædium fuit expoſitum venale per verba de præſenti,& cum promiſſione, quod dabitur plus offerenti,& ſequitur oblatio licitatoris, fructibus adhuc à ſolo non ſeparatis, quamuis illi poſtea ſeparentur ante perfectam,& effectuatam deliberationem, ijdem nihilominus licitatori debentur,quia ex ipſa oblatione contractus perfectus dicitur, vt concludit *Ger.Spin.conſ.32.num.21.& ſeqq. vſque ad fin.* vbi adducit, & euacuat contraria.

6 *N.27.in fin.poſt verb.q.79. nu.1. & 2.* Nec * poſt contractum perfectum per receptionem oblationis conditiones addi, alias contractus claudicaret, & oblator ſub fide publica deceptus remaneret *Ger. Spin.d. conſ.32.nu.25.*

7 *Num 29.in fin.* Et † poteſt oblatio acceptari non purè,& ſimpliciter,ſed cum aliqua conditione,puta, accedente licentia Auditoris Fiſcalis, & approbatione Conſilij generalis, *Ger.Spin.conſ.32. nu.18.* vbi
8 *nu.19.& 24. verſ. dum vero, & 25.& ſeq.* * ad quem ſpectent fructus maturati conditione pendente, &
9 *num.20.verſ.in primis autem*, quod * in re expoſita venali per verba de præſenti purè,& ſimpliciter non poteſt poſt oblationem addi conditio dictæ licentiæ, & approbationis obtinendæ.

10 *N.38.in fin.* Prout * in pretio ſubhaſtationis comprætenſum cenſetur omne id, de quo in ipſa ſubhaſtatione ratio habita fuerit, *Rot. in Anconitana Cenſuum 3. Martij 1636.coram Merlino, poſt tract. dec.152.num.15.*

Num.42.in fin. Mar.Cutell.deciſ.1.n.52.

11 *Num.45.in fin.* * Teneturque creditor ex ſecundo decreto ſuccedens regulariter ſtare locationi per
12 debitorem famæ, *Ant.de Amat.reſol. 68. num.7.* * & dare poteſt,prout poterat debitor. de læſione vltra dimidiam, vt contra *Pinell.* tenet idem *Anton. de Amat.d reſol.68.n.7.*

13 N. 51. *in fi.* In venditione * vero cum pacto addictionis in diem,hoc eſt,niſi infra aliquod præfixum tempus alius meliorem conditionem feciſſet, fructus pertinent ad primum emptorem, ſi tempore eorum collectionis res penes ipſum reperiebatur, *Horat.Barbat.de diuiſ.fruct.par.2.cap.5.n.22.*

ADDITIO AD INSP. LIII.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſionem perdit, qui patitur ſecundum decretum. Ampl.vt num.2.& 3.*

4 *Nomine debitoris ſubhaſtato, illius dominus perdit ad illud actionem.*

5 *Ceſſionarius in vim adiudicationis iudicialis plus conſequitur,quam pars poſſet,vbi exemplum,& n.6.*

6 *Vxor non poteſt virum carcerare facere.*

7 *Poſſeſſio in vim deliberationis non eſt manutenibilis, ſi deliberatio ſit ſimulata, vel deliberatarius proprio facto à poſſeſſione ceciderit.*

8 *Poſſeſſio in vim deliberationis eſt reſtituibilis.*

9 *Alienare debitor dicitur, etiam ſi non ſit præſens,quod per Iudicem deliberatur,vel adiudicatur.*

10 *Poſſeſſio rei deliberatæ,vel adiudicatæ à debitore perditur, & in alium à Iudice transfertur.*

11 *Deliberatione cum clauſulis, In perpetuum, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus,excluditur onus reſtitutionis.*

12 *Delegatio inducta dicitur ex deliberatione, in qua pecunia ſoluta non fuerit.*

13 *Adiudicatione inducitur nouatio, & debitoris liberatio.*

14 *Ceſſionarius deliberatarij,vel adiudicatarij moleſtari poteſt,ſi res detegatur non debitoris.*

15 *Præſumptio non eſt pro iuſtitia ſubhaſtationis,niſi bona probentur debitoris.*

16 *Mandatum de adiudicando dominium non transfert, non conſtituto de ipſa adiudicatione.*

17 *Conſtitutum in deliberatione, vel adiudicatione dat facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate aduerſus poſſeſſorem,vel detentorem non reſiſtentem.*

18 *Poſſeſſione in capienda in vim ſecundi decreti an requiratur alia Curiæ auctoritas, vel Officialium aſſiſtentia.*

19 *Pignoris poſſeſſione in vim deliberationis, vel adiudicationis adepta,illa amiſſa dicitur à debitore, qui nec poteſt amplius de re diſponere, nec ſpolio agere, & num.20.*

21 *Immiſſio decreta,& executa in re cum altero communi, & indiuiſa quando non teneat.*

22 *Socius in re communi indiuiſa partem habet in qualibet illius parte.*

23 *Dominium ex adiudicatione cum pacto redimendi, à pretio non præcedente, tranſlatum non dicitur, ſed bona loco pignoris, & iure creditoris addicta cenſentur.*

24 *Dominium transfertur ex venditione ritè, & ſeruatis ſeruandis facta, ac iure creditoris.*

25 *Deliberatio, vel adiudicatio nulla, aut iniuſta non transfert poſſeſſionem.*

26 *Præſcriptio ex ſubhaſtatione, & deliberatione interrumpitur poſſeſſionis defectu.*

N*Vm.1.in fin.Rot.poſt Merlin.de pignor. deciſ. 59. nu.16* vbi etiam de poſſeſſione.

1 *Num.2. in fin.* * atque poſſeſſor, *Fontanell. deciſ.*
2 *437.ſub num.13. & dec.441.n.11. & ſeq.tom.2.* * etiam ſine facto ſuo, *Fontanell.d.dec.441. num.11.* & ſiue ſciat,ſiue ignoret, *Fontanell.ead. dec. 441. n.14 & 15.*
3 † atque etiam quod emat creditor, *Fontanell. ibid.*
4 *num.11.16. & ſeq.* & * quatenus ſubhaſtatum fuerit nomen debitoris, illius dominus perdidiſſe dicitur ad illud actionem, *Io:Bapt.de Thor.in compen.deciſſ. Neapolit.par.4.ſect.2.in verb. liquidatio inſtrumenti, fol.48.*

Num.4.in fin.& in Florentina Horti 4. Iulij 1642. coram R.P.D. Bichio, poſt tract.dec.114.num.1.& 16. Fontanell.dec.439.nu.2.tom.2. Cutell. de donat trac.1. diſcur.2 partic.2.num.69. Andreol.cont.48.nu.7. & 8. Ferdinand. Arias var.reſol.lib.1.cap.49. ſub nu.18. & Rot.in Romana Saluiani 18. Februarij 1650. coram Eminentiſſ.D.Card.Corrado,poſt tract.dec.246. n.4.

N.6.*in fi.Gaít.de cred.cap.4.quæſit.8.nu.975.vbi n. 977. & 978.*concurrente tamen debitoris mora, & non alias.

5 N.8.*in fi.*Et,* cum in adiudicatione,& in ſolutum donatione iudiciali Iudex vice partis cedit, ceſſionarius plus etiam conſequitur, quam pars poterat, ita vt,ſi agatur de credito vxoris contra virum, pro quo ea non poterat virum carcerare facere, hoc poſſit ceſſionarius huiuſmodi, *Cutell.de donat.tract. 1.diſcurſ.2.partic.10.n.73.*

N.15.*in fi poſt verb.dec.14.nu.2.* & *in Firmana Prædij 14. Aprilis 1636. coram Buccabella, poſt tractat.*

dec.

Digitized by Google

dec.125. n.1. in Beneuentana Hoſpitij prima Iulij 1633. coram R.P. *D.Ghiſilerio, poſt tract. dec. 144. num.4. vbi n.5.& 6.* de manutentione etiam ad fauorem ceſſionarij, in *Firmana Prædij 14. Maij 1640. coram R.P.*
7 *D.Pentingero, poſt tract.dec.179.num 6. vbi num.7. & ſeqq* * niſi acquiſitio in vim deliberationis fuerit ſimulata, vel deliberatarius facto proprio à poſſeſſione ceciderit, & in *Baren. ſeu Nullius pecuniaria 26.Maij 1645.coram R.P.D. Cerro, poſt tract. dec. 193.n.1.* in Portuen.Stagni 13. *Iunij 1646.coram R.P.D. Veroſpio, poſt tract.dec.201.nu.1.& in Ariminen. Manutentionis prima Iulij 1647.& 5. Iunij 1648. coram R.P.D.Ghiſilerio, poſt tract.dec.111. in princ. & dec. 232.num* 1.vbi de manutentione ad fauorem habentis cauſam à deliberatario, & *in Aſculana Manutentionis ...Maij 1646.coram R.P.D.Meltio, poſt tract. deciſ.226. num.1. & in Romana Domorum 20. Iunij 1650.coram* Eminentiſſ.*D.Cardin.Otthobono, poſt tract. dec.218.numer.1.& ſeq* vbi, quod deliberatio præſumitur valida, & iuſta, & quod in extraneo ſatis eſt ad manutentionem, quod non conſtet de nullitate, vel
8 iniuſtitia ex eidem actis; * ac reſtituibilis, ad *Rot. recent.par.4.tom.2.dec.363.nu.1. & in Romana Executionis trium conformium 27. Ianuarij 1628. coram R.P.D.Royas, poſt tract.dec.231.numero 1.*

N.16.*in fin.* & *in Ciuitatis Caſtelli Spolij 10. Maij 1641.coram R.P.D.Ghiſilerio poſt tract.dec.128.n.1.& in d. Firmana Prædij 14. Maij 1640. coram R.P.D. Pentingero, poſt tract. dec.179.n.6.*

N.17.poſt verb.cap.429.num.26. Fontanell. deciſ. 439 num.2.tom.2. Intrigl.dec.8.num.19.Cutell.deciſ.5. num. 78.

*N.18.poſt verb.cap.51.num.3.*Cutell *d.dec.5.num.78. Andreol.controu.48.num.5.*

9 *N.19.in fi.poſt verb.dec.85.num.1.* * ac etiam quod debitor ſit abſens, *Io:Bapt. de Thor.in compend.deciſſ.Neapolit.par.4 ſect.2. in verb. liquidatio inſtrumenti, fol.48 propè fin.*

Num.20.in fin.poſt verb.dec.20.n.5.& in d.Firmana Prædij 14. Aprilis 1636. coram Buccabella, poſt tract.deciſ.325.n.2.& 3.& in Farfen *Bonorum 14. Decembris 1646.coram R. P. D. Royas, poſt tract. deciſ. 204.n.2.& in Ariminien. Manutentionis prima Iulij 1647.coram R.P.D.Ghiſilerio, poſt tract.dec.211. nu.1.*
10 † etiam quod ipſa poſſeſſio apud Iudicem in effectu non eſſet, ſed ſemper, ſubhaſtationis iudicio pendente apud ipſum debitorem remanſiſſet, vt habui ſupra Inſp.13.*num.27.& ſeq. & in tract. mand. de manuten. obſeru.12.n.167.*

Num.23.in fin. Hæredi tamen licitatoris non deberetur manutentio, nam docto de adepta per ipſum poſt auctoris mortem poſſeſſione, *Rot. in Portuen.Stagni 8. Februarij 1647. coram R. P. D. Veroſpio, poſt tract.dec.227.num.1.& 8.* & habui in *tract. mand.de manuten.obſeru.55.nu.23.& ſeq.* & *obſeru.73. num 62.*

N.24. in fin. poſt verb.num.9. lib.3. Thomaſ.de tut. & curat. tit.19. cap.7.num.222. Paul. Stalban.iun.reſol.forenſ.5.num.17. & 18. nec tractari debeat, *Paul. Staiban.iun.ibid.nu.20. Alex.Raudenſ.var.reſol.cap. 60.n.44.*

11 *N.29.in fi.* Et, † vbi in deliberatione fuiſſent appoſitæ clauſulæ, In perpetuum, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus, illæ excluderent onus reſtitutionis, & ad extraneos etiam res eſſet tranſitoria, etiam quòd alias poſſet de contrario dubitari. *Rota in Portuen: Stagni 13. Iunij 1646. coram R.P. D.Veroſpio, poſt tract.dec.201.n.10.*

12 *N.30.in fin. poſt verb.num.17. & ſeqq.* & , * quatenus tempore diſtractionis pecunia ſoluta non fuerit, dicitur inducta delegatio, ex quo Iudex debitoris loco delegauerit emptorem, & emptor ſe obligauerit creditori, ad cuius inſtantiam facta eſt ſubhaſtatio, *Merl.de pign.lib.5.q.44.n.24 & 25.*

N.31.in fin.poſt. verb. deciſ.415.num.10. & Rota in Bonon: Prædij 4. Aprilis 1642.coram R. P.D. Pentingero, poſt tract.deciſ.139.n.1. Merlin.de pignor.lib.5. q. 44 num.24.

13 *N.32.poſt verb.dec 89 num.2.* † & inducatur nouatio, *Merlin.d.num.24* & debitoris liberatio, *Merlin. ibidem.*

N.43.in fin. Io:Bapt. de Thor. in compend. deciſſ. Neapolit. p.4. ſect.2. in verb. liquidatio inſtrumenti, fol.48.in fin.

14 *N.44. in fin* prout, † & eius ceſſionatius, ad *Rot. in Beneuentana Hoſpitij prima Iulij 1633. coram R. P.D.Ghiſilerio poſt tract.deciſ.144. numer. 6. & ſequ.*
15 Quare * nec pro iuſtitia ſubhaſtationis præſumitur, niſi probetur bona debitoris ſubhaſtata fuiſſe, *Thomaſ.de tut.& cur.tit.19.c.7.n.225.ſub 8.ampl.*

16 *N.49.in fin.* Nec * ſufficit ſolum mandatum de adiudicando, dum non conſtat de effectuali adiudicatione à Curſore puta facta, *Rota in Romana Palatij 22. Aprilis 1644.coram R.P.D.Ghiſilerio.poſt tract. deciſ.169.n.8.& ſeq.& vide ſupra inſpect.23.nu.236.& ſeqq.*

N.53.in fin. Anton.de amat. reſol.94. in fin. & reſol. 95.n.19 Cutell *dec.5 n.78.*

N.54.poſt verb.dec.64.num.10. Anton.de Amat. d. reſol.95.num 6.& 7.

17 *N.56.in fin.* * aduerſus non reſiſtentem poſſeſſorem, vel detentorem, *Ant.de Amat.d.reſol.95 n.8.*

18 *N.58. in fi.* Ad quam * poſſeſſionem capiendam, poſtquam à Iudice eſt in ſecundo decreto data poteſtas, non eſt opus alia Curiæ auctoritate, ſeu Officialium aſſiſtentia ad effectum acquiſitionis dominij, niſi ex Vrbanitate, & conſilio, ne ingrediens ab aduerſario reſiſtentiam patiatur, *Intrigl.deciſſ. 46.n. 65 verſ.quarto non obſtat.& 66.*

19 Pignoreque * ſic capto auctoritate Iudicis, dicitur poſſeſſio debitori erepta, ita vt ille non poſſit amplius de re diſponere, *Anton.Fab.de error.pragmatic.*
20 *tom.1.decad.10.error.6.num.11.in fin.* * nec competat illi actio ſpolij. *Andr.contr.48.n.1.& ſeqq.*

N.59.in fin.Ciarlin.controuerſ.forenſ.par.2.c.260.n. 48.verſ ſeptimo omnia & n.49.

21 *N.60.poſt verb.num 1.& 2.* Et, * ſi ſit ad fauorem creditoris decreta immiſſio, & executa in parte, puta, Palatij pro concurrenti quantitate crediti, nulla præcedente æſtimatione, ſeparatione, & adiudicatione, non dicitur ex hoc actu nullo acquiſita poſſeſſio legitima, quæ in iudicio attendi debeat, tamquam pars ſit incerta, tum ratione quotæ, quia non fuit dictum in medietate, vel altera quota Palatij,
22 tum ratione loci, quia, † ſtante, quod Palatium eſſet cum altero commune, & indiuiſum, quilibet ex ſocijs in qualibet illius parte partem habebat ante factam ſeparationem, *Rota in Romana Palatij 22. Aprilis 1644.coram R.P.D Ghiſilerio, poſt tract.dec.169.n.4. & ſeqq.& n.10.& 11.*

23 *N.61.in fin.* Proin * nec dominium dicitur tranſlatum ex adiudicatione cum pacto retrouendendi non præcedente appretio, cum tunc bona loco pignoris, & iure creditoris addicta cenſeantur, *Sanfælic.dec.118.n.1.& ſeqq & in fi.*

N.62.poſt verb.n.15.& 16.& Rota *in Firmana Prædij 14. Aprilis 1636.coram Buccabella, poſt tr.dec.125. n.2.& in Romana Locorum Montium 18. Maij 1643. coram R.P. D. Meltio, poſt tract.dec. 162.n.1. & 2.*

Eod.num.62.poſt verb.dec.14.nu.2.& in Ariminen:

Manutentionis prima Iulij 1647. coram R.P.D. Ghi-
ſilerio, poſt tract. dec. 311. num. 1. & 3. Ferdinand. Arias
24 va. reſol. lib. 1. cap. 48. num. 19. vbi, quod, * ſi venditio
facta ſit iure, & obſeruatis iis, quæ in pignorum ven-
ditione obſeruari conſueuerunt, & creditor pignus
vendiderit iure creditoris, dominium in accipien-
tem transfertur, & n. 20. & ſeq.

Num 63. poſt verb. deciſ. 18. in fin. & in d. Ariminen:
Manutentionis prima Iuly 1647. coram R.P.D. Ghiſi-
lerio, poſt tract. dec. 211. n. 2.

Nu. 64. in fin poſt verb. c. 326 nu. 6. Thom. Carleual.
de iudic. tom. 1. diſput vlt ſub n. 8.

N. 65. in fi. Fontanel. dec. 4,7. nu. 11. tom. 2. Thomaſ.
25 de tut. & curat. tit. 19. cap. 7. n. 225. ampl. 8. in fi. * nec
poſſeſſionem, Fontanell. d. dec. 437. nu. 11. vbi, etiam ſi
in minimo peccatum ſit.

26 N. 79. in fi. & quod * ex ſubhaſtatione, & delibera-
tione interrupta ſit naturaliter præſcriptio ex defe-
ctu poſſeſſionis, tradit Rota in Romana Canonum
15. Aprilis 1622. coram bo. me. Franciſco Vbaldo, poſt
tract. dec. 119. n. 5.

ADDITIO AD INSP. XIV.

SVMMARIA.

1 Emens pignus ſubhaſta Iudicis auctoritate inquietari non poteſt nec à debitore, nec à poſteriori creditore, nec ſtante illius bona fide decipi debet, aut damnum pati nec cogi ad impendendum maius pretium, quam conuentum, & n. 2.

3 Subhaſtatio, & deliberatio ex eiſdem, non ex nouis impugnari poteſt.

4 Deliberatione ritè, & rectè facta, debitori actio remanet ad ſolum pretium, Ampl. vt num. 5. Decl. & Lim. vt nu. 6. 7. & 8.

9 Ementes in publica ſubhaſtatione, eſt rationi conſonum, ne inquietentur, ſi pretium ſoluerint, vel depoſuerint, & monitio præceſſerit.

10 Ampl. etiam ſi ex iuſta cauſa pecuniam ſoluerint putatiuis creditoribus.

11 Ampl. vt moleſtari non poßint nec à debitore, nec ab habentibus ab eo cauſam.

12 Plus iuris habere non poteſt ex alterius perſona veniens, quam ille haberet.

13 Ementes in publica ſubhaſtatione, depoſito pretio, ab anterioribus creditoribus debitoris, ſeu anterioris poſſeſſoris moleſtari non poſſunt, ſed remanet illi ius agendi ad pretium contra poſteriores, qui receperunt cum cautione, & n. 14. 17. & 18.

15 Æquum eſt occurri, ne litibus totus mundus inuoluatur, Ampl. vt n. 16.

19 Creditores moleſtare poſſunt emptorem ſub haſta in omnibus caſibus, in quibus competit poſteriori ius offerendi contra pignoris venditi poſſeſſorem.

20 Creditores anteriores poſſunt hypothecam contra pignus à poſteriori ſubhaſtatum etiam ſecundum formam tit. C. de iur. dom. impetr.

21 Heres beneficiatus retinens bona hereditaria in ſatisfactionem ſolutorum non eſt tutus ab anteriorum vexationibus.

22 Creditores certi debent in ſubhaſtatione nominatim citari & incerti per proclamata, & num. 23. 31. & ſequentibus.

23 Creditor citatus, vel monitus non comparens, vel non opponens videtur ius ſuum remittere, & nu. 30. decl. vt nu. 31. & ſeqq.

24 Præſcriptioni locus eſt in re empta per viam ſubhaſtationis, & n. 39.

25 Saluiano re ſubhaſtata auocata, illa redire dicitur in priorem cauſam pignoris.

26 Enunciatio non præiudicat non interuenienti.

27 Creditor ſi graduationem obtineat pro aliquo credito, ſibi præiudicat in alio.

28 Creditor venditioni pignoris conſentiens ſibi præiudicat in hypotheca, & n. 29. Ampl. vt n. 51. & 59.

29 Ampl. etiam in præſente, vel petente, vel ratificante.

31 Decl. quoad præſentem, præcedentibus tamen citationibus, & præfixo termino, & n. 32. & ſeq.

32 Pignoris venditio fit principaliter contra debitorem, & in conſequentiam contra alios creditores.

36 Creditores in ſubhaſtatione citati agere non poſſunt nec contra emptorem, nec contra concreditores, Ampl. vt num. 40.

37 Creditoribus in ſubhaſtatione citatis competit ius contradicendi, prælationi inſiſtendi, & de pretio participandi.

38 Negligentia non debet negligenti prodeſſe, & alteri nocere.

41 Exceptio anterioritatis cauſæ, & poſſeſſionis opponi poteſt etiam à tertio.

42 Hypotheca creditoris de medio ſublata per citationem, vel proclama, remanet emptor ſub haſta poſſeſſor ex priori cauſa, ex qua repellit creditorem deinde venientem, & n. 43.

44 Lim. in Eccleſia, vel loco pio tempore citationis Rectore carente.

45 Reſtitutio in integrum creditoris altiorem requirens indaginem ex allegato impedimento non comparendi non impedit executionem deliberationis.

46 Eccleſiæ competit reſtitutio in integrum aduerſus ſubhaſtationem factam à concreditore.

47 Creditoribus in ſubhaſtatione comparentibus ſatisfit iuxta cuiuſque anterioritatem.

48 Proclamata in ſubhaſtatione quos creditores comprahendant, & officiant, & n. 49.

50 Proclamata Iudicis ſæcularis ſubhaſtantis an ligent Eccleſiam, & exemptum, ac perſonas Eccleſiaſticas.

51 Baronum bona per illius Congregationem ſubhaſtata tranſeunt libera ab omnibus oneribus, vinculis, obligationibus, & hypothecis, quæ in pretium, & alia bona transferuntur. Ampl. vt n. ſeqq. Lim. vt n. 54.

57 Statuta locorum paſſim excludere ſolent creditores anteriores à re diſtracta perſequēda ex proclamatibus, & cridis emißis. Decl. vt n. 58. Subdecl. vt n. 59.

60 Emptori ſub haſta an anteriori creditore re ſublata, reſtitui debet, quidquid eidem abeſt, etiam ſi emptor ſit ipſe creditor.

61 mptor pignoris ſub haſta habet contra anteriorem creditorem illum vexantem ius offerendi.

1 NVm. 1. in fin. * Nec inquietari poteſt à debito-
re, nec à poſteriori creditore, Paul. Staiban.
iun. reſol. forenſ. 5. n. 1. & ſeq. & n. 16. & ſeq. Io: Bapt. de
Thor. in compend. deciſſ. Neapolit. par. 3. in verb. emptor
2 rei ſubhaſta, & in verb. emptor alicuius domus, † nec
emens auctoritate Iudicis, & in publica ſubhaſta-
tione bona fide debet decipi, aut aliquid damnum
ſentire, Gratian. diſcept. 37. ſub n. 35. Paul. Staiban. iun.
d. reſol. 5. n. 5. Cutell. de donat. tract. 1. diſcurſ. 2. partic.
5. ſub nu. 63. & 67. aut condemnari ad impendendum
maius pretium, quam conuentum, Cutell. dec. 22. n. 31.
verſ. cauſa hæc, & de donat. d. partic. 6. n. 67.

N. 2. in fin. poſt verb. defin. 4. Cutell. dec. 22. num. 31.
3 * ſique ſubhaſtatio, & deliberatio ex eiſdem actis
non impugnetur, non debet ex nouiter repertis ex-
traneus ad rem, & fructus reſtituendos condem-
nari, &, quatenus ille, vel eius hæres condemnare-
4 tur, ſententia eſſet iniuſta, quia, * vbi ritè, & rectè
abſolutæ

abſoluta fuit, & conſumata deliberatio, habet ſo-
lummodo debitor actionem ad pretium, Rot. in.
Romana Cenſuum 27. Aprilis 1644. coram R.P.D.
5 Royas,poſt tract. dec.129. num 2.3. & 10.* etiam quod
deliberatio facta ſit creditori,vti extraneo licitanti,
vt eſt caſus d.deciſ.129.& in eadem coram eodem 16.
6 Martij 1646.poſt tract.dec.136 n.14. quamuis* con-
trarium dicendum eſſet, ſi creditor licitaſſet, non
tanquam extraneus,ſed vti purus,& merus creditor,
7 d.dec.129.n.5.& d dec.136.n.16.& 23.*vel eidem tan-
8 quam creditori res adiudicata fuiſſet,ead.dec.129.n.6.
prout * contrarium pariter dicendum eſſet,ſi Iudex
minus legitimè proceſſiſſet, quia tunc licitator
etiam extraneus cenſeretur habuiſſe cauſam à pri-
uato, dict.deciſ.129 num.11.

.Num.3.poſt verb.tom.poſter.Paul.Staiban.iun re-
ſol.foren.5.numer.3. Cutell.de donat. tract.1. diſcurſ.2.
9 partic.6. num.63. vbi, quod* ratio ſuadet,vt hi,qui
auctoritate publica emerunt,non debeant per credi-
tores inquietari, ſi pretium depoſuerint,& monitio
præceſſerit,& nu.64.Thom.Carleual.de iudic.tom.2.
10 tit.3.diſput.22.ſub.n.2.Et * idem, ſi ex iuſta cauſa ſo-
luta ſit pecunia putatiuo creditori, Gratian. d.
diſcept.37.ſub num.36.

N. 5. in fin.Paul.Staiban.iun.d. reſol foren.5. nu.24
11 Et * poſt factam iudicialem adiudicationem, & ſo-
lutum, vel depoſitum pretium ad effectum ſoluendi
anterioribus creditoribus, ita, rem liberam in em-
ptorem tranſijſſe dicitur, vt ille amplius moleſtari
non poſſit,nec à debitore,nec ab alijs habentibus ab
12 eo cauſam,cum*illis plus iuris cõpetere non poſſit,
quam ei, ex cuius perſona ius ſuum metiuntur,
13 Gratian.d.diſcep.37.n.34.& ſeqq. & quidem * nec ab
anterioribus creditoribus eiuſdem debitoris, ſecun-
14 dum aliquos,Paul.Staiban.d.reſol.foren.5.num.2.†vel
etiam anterioris poſſeſſoris, ſecundum eumdem
15 Staiban.ibid.n.15 & 21.cum * concurrat æquitas, ne
16 alias mundus litibus inuoluatur Cutell.d.deciſ.22. n.
26.†quod eo magis conſiderandum eſt, vbi ſimiles
venditiones ſunt in loco frequentes,Cutell.ibid.n. 15.
17 & n.31.in fin Sed * datur creditoribus tantummodo
agendiuia contra alios creditores poſteriores,qui-
bus fuit de pretio ſolutum cum cautione de reſti-
tuendo, Cutell.de donat.tract.1.diſcur. 2 partic. 6.ſub
18 nu.63.in fin.& † de eo,qui emit à Congregatione Ba-
ronum, quod non poſſit ab anteriori creditore hy-
pothecario moleſtari,nec ſi ſit Communitas,ſed re-
maneat tantum ius agendi contra pretium, & illud
habentes cum cautione de reſtituendo prioribus,&
potioribus,tradit Rot.recent.par.1.deciſ.671.nu.7. &
par.4.tom.2 dec.329.n.3.& ſeqq.

Num.9.in fin.Thom. Carleual. de iudic.tom.2.tit.3.
19 diſput.22.num.2.5.& 6.vbi † ampliat in omnibus ca-
ſibus, in quibus, facta venditione ſub haſta.compe-
tit poſteriori creditori ius offerendi poſſeſſori pi-
gnoris venditi.

Numer.13. in fin. poſt verb. non nocet, Ferdinand.
20 Arias var.reſol.lib.1.cap.8.nu.5.& ſeq.† vbi, etiam ſi
poſterior creditor rem pignori nexam à Principe
impetrauerit, ſeruata forma, de qua in tit. C.de iur.
domin. impetr.

21 N. 14.in fin. Vnde†etiam hæres cum beneficio le-
gis, & inuentarij de proprio ſoluerit creditoribus
hæreditariis, qui primo venerint, & in ſatisfactio-
nem in ſolutum acceperit bona hæreditaria, non
erit tutus à vexationibus anteriorum, iuxta tradita
per Petr. Caball.conſ.deciſ.26.nu.18. & ſeqq p.2. re-
probato Bero.quæſt.famil.63. vbi vide.

N.17.in fi.poſt verb.n.467.Paul.Staiban. iun.reſol.
foren.5.n.4.& 7.Cutell.de donat.tr.1.diſcurſ 2.partic.
22 6.nu.65 & 74.vbi,quod†creditores certi debent no-
minatim citari.non autem contra eos ſufficiunt ban-
23 nimenta, † quemadmodum ſufficiunt contra incer-
tos,Merlin.de pignor.lib.4.qu.136 n.2. & quod ſuffi-
ciant contra incertos, & illi non comparentes vi-
deantur ius ſuum remittere,ſeu remiſiſſe,ſentit Ant.
Fab.de error pragmat.tom 1 decad.1.err.6.n.5.& 6.

N.18.in fin.poſt verb.deciſ.1233.n.1.& ſequ.Merlin
de pignor.lib.4.q.130.num.4.Thom. Carleual.de iudic.
24 tom.2.tit.3.diſput.22.num.12.in fin.† Niſi intraret, &
daretur de præſcriptione ex poſſeſſione decem an-
norum,quæ probaretur, ad Rota recen. par.4.tom.3.
25 dec.513.num.12.& ſeqq. Ac * ex huiuſmodi auocatio-
ne per ſaluianum res redire dicuntur in priorem
cauſam pignoris, Rota in Romana Nullitatis Delibe-
rationis 27.Aprilis 1649.coram R.P.D Ghiſilerio,poſt
tract.dec.190.n.21.

26 N.20.in fin. prout* non interuenienti non præiu-
dicat id,quod inter alios enunciatur, Rota in Roma-
na Bonorum prima Iunij 1640. coram R.P.D. Royas,
poſt tract.dec.181.n.5.

N.23.in fi.Paul.Staiban iun.reſol foren.5.n.55.& 56.
27 vbi, † de eo qui fuit præſens,& graduatus pro alio
credito.Cutell.de donat.tract.1.diſcurſ.2.partic.6.nu.
28 66. vbi* de eo, qui expreſſum præſtitit conſenſum
venditioni pignoris, &, quod cenſetur remiſiſſe hy-
pothecam,Larr.deciſ.Granat.75 ſub numer.12.par. 2.
Thom..Carleual.de iudic. tom.2.tit.3.diſput.22. num.
29 2.3.& 8. vbi * de creditoribus ſubhaſtationi,& ven-
ditioni præſentibus, conſentientibus, & petentibus,
vel ratificantibus.

N.27. in fin.poſt verb.deciſ.64. Thom.Carleual. de
iudic.tom.2.tit.3.diſput.22.num.8.in fin.Paul.Staiban.
30 iun.reſol.for.5.n.31.in fin.& ſeqq. vbi † etiamſi credi-
tores anteriores fuerint tantũ moniti, Anton.Amat.
reſol.56.n.26.& 31 in fin Cutell.deciſ.22 nu.4.verſ. hoc
eſt,& n.5.& ſeqq.& de donat.tract 1.diſcurſ.2. partic.
5.nu.65. Merlin de pignor.lib.5 q.44.n.10. Et, quod,
31 * vt creditor præſens alienationi factæ per Iudicem,
ſubhaſtationibus præcedentibus, cenſeatur pignus,
& hypothecam remittere, requiratur,vt creditores
certi perſonaliter ſint citati addicendum quidquid
vellent aduerſus dictam alienationem, & incerti
per proclama,ſeu per edictum, & inſimul, vt,com-
pletis dictis citationibus, per legitimos actus bona
obligata ſubhaſtata fuerint, tradit Gait. de credit.
cap.4. quæſit.12. numer. 2162. & ſeqq.& ſentit. Paul.
32 Staiban.iun.reſol.foren.5.n.8. & ſeqq. vbi, quod * in
venditione publica pignoris, cum illud vendatur
principaliter contra debitorem, & conſequenter
contra alios creditores, ſufficit citatio per procla-
ma,ſtante reſcripto Principis,quo mandauerit ad di-
ſtractionem procedi, citatis nominatim, vel per
proclama creditoribus,& ſtante ſtylo loci ſic citan-
33 di, tradit Cutell.d.dec.22.num.14. & ſeqq.&,quod *
debeat præfigi terminus ad agendum, & citatio per-
ſonaliter exequi,non ſolum domi, Vrſell. in verb.an-
terioritas,concl.119.n.21. Seraphin.dec.994.n 2.& 3.&
praxim ponit Cutell.de donat.tract.1.diſcurſ. 2.partic.
34 6. num.53. verſ.praxis vero, vbi, quod * emittuntur
proclamata ad intereſſendum venditionibus fiendis,
& iura eorum deducendum, tam ſi creditores cen-
ſuales ſint,quam alterius generis, ſiue hypothecarii,
ſiue chirographarij, præfigendo eis certum termi-
num, quo elapſo, ſi non comparuerint,ſolent haberi
35 pro excluſis,Cutell.d.partic.6.nu.54.& 66. & quod*
d.forma ſit ſeruanda. alias non videantur creditores
obligationem pignoris remiſiſſe, tradit Anton.Fab.
de error.

Digitized by Google

36 *de error pragmatic. decad.1.err.6.ſub n.6.* & * videntur creditores vocati non ſolum non poſſe amplius agere contra emptorem, ſed neque contra concre-
37 ditores, *Cutell.d.partic.6.num. 66.* dum * potuiſſent comparendo, vel venditionem pignoris impedire expreſsè diſſentiendo, vel præla̅tioni inſiſtere, aut demum de pecunia ex pretio prouenienda partici-
38 pare, *Cutell ibid.num.67.* ac ideo * eorum negligentia non debet ſibi prodeſſe, & emptori nocere, qui credens, nullum alium extare creditorem, ratus ad em-
39 ptionem acceſſit, *Cutell eod. num.67.* & * datur locus etiam præſcriptioni ex taciturnitate 30. annorum, *Cutell.ibid.num.68.* vbi tamen hoc vltimum re-
40 uocat in dubium, an procedant in Regno, *etuntque excluſi non ſolum in iudicio hypothecario, & plenario, ſed etiam in executiuo, *Cutell d.partic.6.num.*
41 *69.* tamquam * hæc ſit exceptio de anterioritate cauſæ, & poſſeſſione, quæ à tertio oppoſita admittitur,
42 *Cutell.d.num.69.* cum, * ſublata de medio hypotheca anterioris per citationem, vel proclama, remaneat
43 emptor poſſeſſor ex cauſa priori, * ex qua poteſt repellere creditorem poſtea venientem, *Cutell.ibid.*
44 niſi veniat Eccleſia, vel Pius locus, quæ, vel qui tempore proclamatum vacaſſet Rectore, *Cutell.loc. cit.*
45 *n.72.* Prout * non retardaretur emptori executio ex allegato impedimento, & petita reſtitutione in integrum, quæ requirerent altiorem indaginem, *Cutell.*
46 *dec.22.num.25.* * Quæ reſtitutio competit præſertim Eccleſiæ intra legitima tempora, *Cutell.de donat.d.*
47 *partic.6.nu.75.in fin.& ſeq.* † Si verò creditores comparuerint, ex ordine ipſis ſatisfit, attento tempore,
48 & priuilegio, *Cutell.d.partic.6.n.54.* * Comprehenduntque proclamata, atque afficiunt creditores tàm de præſenti, quàm habentes ius incertum, dependẽs à futuro euentu, & conditionales, & omnes quodcunque intereſſe habentes, ſiue dominij, ſiue poſſeſſionis, ſiue perſonalis actionis, ſiue hypothecæ, vel rei
49 perſecutoriæ, *Cutell.d.num.54.& d.dec.22.num.22.* * atque etiam mulierem, & Eccleſiam, *Cutell.d.dec.22.*
50 *n.26.& 27.& 32.* Sed, † an Eccleſia, vel locus exemptus, aut perſona Eccleſiaſtica ligetur bannis Iudicis laici, ſunt opiniones hinc inde, vt per *Cutell.de donat.d.tract.1.diſcurſ.2.partic.6.num.55.& ſequ. & nu. 72.& ſeq.* qui tamen tenet, affirmatiuam, vbi videas, an bene.

Nu.29. in fin. Gait.de cred.d.cap.4.quæſit.12.num.
51 *1266.* Et † idem procedit in pia cauſa. *Gait.ibid.*
52 *Poſt.num.32.in fin.* Prout * bona Baronum ſubhaſtata, & vendita per Baronum Congregationem vigore Motus proprij Clem.VIII. tranſeunt in emptores exempta, & libera ab omnibus, & quibuſcunque oneribus, vinculis, obligationibus, & hypothecis illęque transferuntur in pretium, & alia bona eorumdem, *Rot.recent.p.1.dec.681.nu.7 & par.4.tom.2.*
53 *dec 329.nu.3.& 4.* * etiam reſpectu oneris annuæ ſolutionis exiſtentis ex natura rei, ſi in venditione adſint clauſulæ ita prægnantes, vt illud tollere valeant, *Seraph.dec.1480.n.1.Rota diuerſ.deciſ.152.num.5.par.*
54 *1.& in recent.d.p. 4.tom.2.dec 329.numer.5.* * atque etiam in præiudicium Communitatis, & aliorum quorumcunque, & in omnibus caſibus, e cepta ſola Camera Apoſtolica, *ead.deciſ.329.num 6.* Adeo vt *
55 contra ementem à d.Congregatione vigore d.Motus proprij continentis derogationem regulæ de iure quæſito non tollendo cum clauſula, ſublata, & decreto irritante nec poſſit per Iudicem procedi, niſi
56 præuia oris apertione, *d.dec.329.nu.1.* * & proceſſus ſit ipſo iure nullus, *d.dec.329.num.2.*
57 Statuta * etiam locorum paſſim excludunt creditores etiam anteriores a re diſtracta perſequenda, ſtantibus proclamatibus, ſeu cridis, *Cutell.dict.deciſ.*
58 *22.num.19.& ſeqq.* † quæ licet operentur, vocatis nominatim creditoribus certis, *Cutell.ibidem num. 21.*
59 attamen * poteſt Princeps ſuper hoc diſpenſare, & ſufficit etiam, vt poſtea proclamata ad eorum notitiam peruenerint, ad effectum vt cenſeantur excluſi, ſi ſtatim non reclamant, cũ non requiratur ſcientia de tempore actus ad hoc, vt ex actu præiudiciali præiudicium inferatur, *Cutell.d.n.21.*

Nu.51. poſt verb.de Franch. ibid.& Rota in Romana Cenſuum 27. Aprilis 1644. *coram* R.P.D. *Royas, poſt tract.dec.129.nu.4.*

60 *N.55 in.fin.* Prout † reſtituendum ſibi eſt, quidquid eidem abeſt, ſiue extraneus ille ſit, ſiue is ipſe creditor, qui pignus diſtrahi curauit, *Ant.Fab. de err. pragm. tom.1. decad.1.err.4.n.13.verſ.nemo.*

61 Quemadmodum † poſſet ipſe emptor vti etiam iure offerendi ad excludendum anteriorem creditorem, vt per *Card. Mellin.dec.70.*

ADDITIO AD INSP. LV.

SVMMARIA.

1 *Medium datur inter bonam, & malam fidem.*

2 *Fructus vt poſſeſſor ſuos faciat, ſatis eſt, vt ſit in medio inter bonam, & malam fidem.*

3 *Fructus quando ſint, vel non reſtituendi addictione pignoris reſoluta.*

4 *Bonæ fidei poſſeſſor in facto, & non in iure errans fructus lucratur vſque ad litem motam.*

5 *Actoris negligentia in proſequendo litẽ an operetur, vt ceſſet in poſſeſſore mala fides, & vt fructus acquirat.*

6 *Mala fides in dubio non præſumitur.*

7 *Spolium quando non dicatur violentum, nec attentatũ.*

8 *Poſſeſſor, qui rem, vt tenebatur, non relaxauit, ſed alteri dedit, adhuc ad fructus tenetur.*

9 *Creditore victo à debitore in gradu appellationis, non tenetur tertius legitimus deliberatarius rem relaxare, ſed datur victori conditio ad pretium contra victum.*

N*Vm.1.in fin.Fontanell. dec.435. in fin. & dec.436. num.7.tom.2.*

N.3.in fi.Fontan.d.dec.435.n.25.tom.2.

Nu.4.in fi.poſt verb.dec.109.n.16. Fontanel. d. dec. 435.n.19.27.& ſeq.& n 31.tom.2.

N.7.in fi.Fontanel.dec.436.n.7.tom.2.

Num 9.poſt verb.num.1.par.7.Fontanell.dict. deciſ. 436 num.7.& ſequ.tom.2.

N.15.in fi.Rota recent.par.4.tom 2.deciſ.315. nu.44. & tom.3.dec 740. num.15. & 16.& in Ciuitatis Caſtelli Spolij 7.Maij 1638.coram R.P.D.Ghiſilerio, poſt tract. deciſ.126.n.21.Fontanell.dec.435.nu.24.& 29.tom.2.

1 N.16 .*in fi.* Datur * enim medium inter bonam, & malam fidẽ, *Rota in d.Ciuitatis Caſtelli Spolij 7.Maij. 1641.coram R. P. D.Ghiſilerio, poſt tract.deciſ. 126.n. 22, Fontanell.dec.436.n.1.& ſeqq.to.2.* vbi refert exempla, quia quis erret, ignoret, dubitet, decipiatur, vel
2 ius non aſſiſtat, nec reſiſtat, & quod † ſufficit eſſe in hoc medio, qui poſſidet, vt fructus ſuo faciat.

N.19 poſt verb.praxi Hiſpania, & vide *Ant.Fab. error.pragm.tom.1.decad.10.err.9x*

N.27.in fi. Sed, quod, † reſoluta addictione, ex quo ab initio eſſet reſolubilis vel ex ſui natura, vt propter pactum in diem addictionis, vel ex nullitate, fructus ſint reſtituendi, & reſoluta ex aliquo accidenti, puta propter maius pretium oblatum, & admiſſum, vel propter obtentam reſtitutionem, tunc fructus non ſint

Digitized by Google

ſint reſtituendi, niſi à litis conteſtatione, tradit *Larr. dec. Granat.* 76. *n.* 35. *&* 36. *iunƈto n.* 11. *&* 13. *p.* 2.

Nu. 33. *in fi. Fontanell. dec.* 426. *num.* 7. *tom.* 2. *Pen. dec.* 410. *nu.* 4. vbi à die deliberationis.

Nu. 37. *in fin. Fontanell. deciſ.* 435. *num.* 19. 28. *&* 29. *tom.* 2.

N. 40. *in fin. Fontanell. diƈt. deciſ.* 435. *num.* 20. 25. *&* 26. *tom.* 2.

N. 42. *in fi. Fontan. d. dec.* 435. *n.* 22. *tom.* 2.

N. 43. *in fin. poſt verb. deciſ.* 3. *num.* 5. *p.* 7. *& in Ciuitatis Caſtelli Spolij* 7. *Maij* 1641. *coram R. P. D. Ghiſilerio poſt traƈt. dec.* 126. *n.* 20.

Nu. 45. *in fi. Thomaſ. de tut. & cur tit.* 19. *c.* 7. *nu.* 225.
4 *in* 7. *ampl.* vbi, quod † bonæ fidei poſſeſſor in facto, non in iure errans, fructus lucratur vſque ad litem motam.

Nu. 55. *in fi. poſt verb. num.* 3. 5. *&* 10. *Fontanell dec.* 435. *num.* 29. *tom.* 2.

N. 61. *in fi. & dec.* 145. *in fi p.* 4. *tom.* 2.

